

Actas de los Capítulos provinciales de la Provincia dominicana de España de los años 1591, 1593 y 1595

Ramón HERNÁNDEZ MARTÍN, OP*
Instituto Histórico Dominicano
Salamanca

SUMARIO: 5-60 [1-56]. Resumen: 5 [1]. Abstract: 5-6 [1-2]. Introducción: 6 [2]. Acta Capituli provincialis Burgensi, 1591: 7-21 [3-17]. Acta del Capítulo provincial de Ocaña, 1593: 22-42 [18-38]. Acta del Capítulo provincial de Segovia, 1595: 43-60 [39-56].

RESUMEN: En este artículo publicamos las Actas manuscritas de los Capítulos provinciales de la Provincia dominicana de España de los años 1591, 1593 y 1595. Las Actas anteriores a 1595 fueron ya impresas. Estas Actas eran enviadas a los conventos quedando el original en la Curia general en Roma, en el convento de Santa Sabina. La otra fuente que también hemos utilizado es el Codex 67 del archivo de la catedral de Burgos, final del Acta del año 1587, de la que ya dimos cuenta en el volumen anterior de esta misma revista.

Palabras clave: *Actas, Capítulos provinciales, Provincia de España, Archivos.*

ABSTRACT: In this paper we publish the manuscripts texts of the Acts of the last Provincial chapter of the Dominican Province of Spain in the 16th century. The Acts previous to the Chapter of 1595 are by this time already printed and having and having been printed, will continue to be published immediately after the end of the Provincial chapter. These printed copies of the Acts are sent to the Priories, leaving the original in

* Doctor en teología, Profesor jubilado de la Facultad de Teología “San Esteban” de Salamanca y Maestro en Sagrada Teología. Fue director de la revista Archivo Dominicano (1980-1996), Archivero general de la Orden (1996-2002). Con este trabajo, iniciado hace años, culmina la transcripción, estudio y publicación de *las Actas de los Capítulos provinciales de la Provincia dominicana de España de los siglos XIII-XVI*, de las que se tiene constancia documental.

Este trabajo fue presentado a Archivo Dominicano en febrero de 2015 y aceptada su publicación en junio del mismo año.

the general Archive of the Order in Rome (convent of St. Sabina). The other source we have also used is the Codex 67 of the cathedral archive of Burgos, end with the Acts of 1587, of which we have already spoken in the last volume of Archivo Dominicano.

Keywords: *Acts, Provincial Chapters, Dominican Province of Spain, Archives.*

INTRODUCCIÓN

Con estas tres actas capitulares de la década de 1590, concluimos nuestra labor sobre las actas manuscritas o raramente impresas desde 1241 hasta 1595. Son muchas las desparecidas, sobre todo de los siglos XIII, XIV y XV; incluso de muchas de esos mismos siglos se conservan sólo fragmentos de diversa procedencia, y que hemos ido dando a conocer en las páginas de nuestra revista de investigaciones históricas “Archivo Dominicano”, desde su número primero, aparecido en el año 1980. En el número del 2013 hemos indicado que la de 1587 era la última acta que conservamos en el manuscrito de la catedral de Burgos. La última que publicamos ahora, la de 1595, es la última, sólo manuscrita, que encontramos en la otra fuente ordinaria de nuestras publicaciones, y que se encuentra en el archivo generalicio de la Orden de Predicadores, ubicado en el convento generalicio de Santa Sabina de Roma. Las otras dos que quedan del siglo XVI son de 1597 y 1599, que, aparte su copia manuscrita, tiene su original, impreso inmediatamente después del capítulo con las firmas y rúbricas del P. Provincial y de los definidores, que garantizan su carácter de auténticamente originales. Y ese procedimiento será el que se siga luego a través de los siglos.

[ACTA CAPITULI PROVINCIALIS BURGENSIS 1591]

/† 1591. Haec sunt acta capituli provincialis Burgensis celebrati
 in conventu Sancti Pauli, dominica post octava Paschae, quarto
 die mensis maii anni Domini 1591, sub patre nostro fratre Thoma
 5 de Guzman, Sacrae Theologiae Magistro, Priore Segobensi,
 priore provinciali electo, ac vicario generali provinciae Hispaniae,
 Ordini Praedicatorum. Diffinientibus patribus nostris fratre Petro
 Portocarrero, Magistro; fratre Petro Fernandez, Praesentato, priore
 10 conventus Sancti Pauli Burgensis; fratre Ioanne Arcediano, rector
 collegii Sancti Gregorii; fratre Ioanne de Villafranca, priore Sancti
 Genesii Talabrigencis.

I. - / ABSOLUTIONES

Absolvimus omnes supprios et vicarios conventuum non
 habentium priores, exceptis suppriore Vallisoletano et de Carrion
 5 et Sancti Sebastiani propter instantes electiones Prioris, atque
 etiam suppriore de Trianos et de Atocha, quia nuper fuere instituti.
 Declarantes quod hi, qui propter instantiam electionis excipiuntur,
 sint etiam absoluti praesentibus prioribus electis et confirmatis.

II. - [ACCEPTATIONES]

Aceptamus conventum fratrum Sancti Dominici de Azpeitia,
 Sancti Dominici de Santillana, monasterium monialium Sanctae
 5 Catharinae de Bejar, ad petitionem piissimorum ducum de Bejar, et
 Sanctae Catharinae de Senis Complutensis et Sanctae Margaritae
 de Ermua, et Incarnationis Plasentiae.

III. - ACCEPTATIONES ATQUE EXPOSITIONES

Aceptamus Magisterium patris fratris Bartholomaei Muñoz,
 quondam provincialis, in nostro capitulo generali Romae celebrato
 proximo praeterito expositi, atque exponimus ad legendas *Sententias*.

1 [Acta...]: *om. R*

2 /: *f. 278r I.*

I.1 /: *f. 278v*

II.1 [ACCEPTATIONES]: *om. R*

2 Azpeitia: Azpetia *R*

- 5 / Pro forma et gradu magisterii inclusive fratrem Petrum de Le-
guizamo, priorem de Ocaña; fratrem Petrum de Contreras, priorem
de Medina; fratrem Petrum Fernandez, priorem de Burgos; fratrem
Didacum de Yanguas, priorem de Atocha.
- 10 Exponimus ad legendas *Sententias* pro forma et gradu ma-
gisterii exclusive fratrem Paschasiūm de Villalva, Praedicatorem
Generalem; fratrem Ildephonsum de Avendaño, Praedicatorem Ge-
neralem; Fratrem Ildephonsum de Ledesma, priorem Toletanum;
fratrem Hieronymum de Mendoza, Priorem Victoriensem; fratrem
15 Antonium de Caceres, priorem Salmantinum; fratrem Antonium de
la Cruz, priorem de Piedrahita; fratrem Ioannem Lopez, priorem
Pampilonensem; fratrem Franciscum de Toro, priorem de Caceres;
fratrem Garsiam de Mondragón, lectorem collegii Sancti Gregorii;
fratrem Didacum Nuño, lectorem Sancti Pauli Vallisoletani; fratrem
20 Petrum de Ledesma, lectorem Abulensem; fratrem Didacum de
Peredo; fratrem Franciscum Ordoñez, lectorem de Trianos; fratrem
Thomam Gonzalez, lectorem Toletanum; fratrem Ludovicum To-
rres, lectorem Burgensem.

IV. - PRAEDICATORES GENERALES

- Creamus in Praedicatores Generales ex speciali commissione
Reverendissimi Patris Nostri Generalis fratrem Didacum / de Mar-
dones, Praesentatum, pro conventu Taurensi; fratrem Didacum de
5 Contreras, Praesentatum, pro conventu Civitatensi; fratrem Felicem
de Plaza, Praesentatum, pro conventu Compotellano; frarem
Franciscum de Pereda, Praesentatum, pro conventu de Yepes; fratrem
Thomam Niño pro conventu de Atocha; fratrem Dominicum
10 de Zamora pro conventu Rupisidelis; fratrem Andream de Sancto
Thoma pro conventu Cruniensi; fratrem Franciscum Rodriguez pro
conventu de Palacios; fratrem Damianum Alvarez pro conventu de
Valencia; fratrem Ludovicum de Alarcon pro conventu de Nieva;
fratrem Ildephonsum de Arellano pro conventu de San Julian; fratrem
15 Gabrielem de Villanueva pro conventu de Villaescusa; fratrem
Petrum de Ayala pro conventu de Cisneros; fratrem Martinum de
Castro de la Vera; fratrem Barnabam de Jea pro conventu de Mom-
beltran; fratrem Christophorum de Salinas pro conventu de Cuenca;
fratrem Ildephonsum Nieto pro conventu de Caceres; fratrem An-
tonium de Grijalva pro conventu de Rioseco; fratrem Ildephonsum

- III.5** /: f. 279r
 15 Fratrem Garsiam: *signum crucis (†) praem. R*
IV.3 /: f. 279v

- 20 de Caravajal pro conventu de Rivadabio; fratrem Dominicum de Ocampo pro conventu de Azpeitia; fratrem Gasparum de Palencia pro conventu de Segovia; fratrem Gasparum de los Reyes pro conventu Sancti Thomae de Madrid; fratrem Didacum Ordoñez pro conventu de Astorga.

V. - INSTITUTIONES

- In vicarium regni Gallaetiae damus fratrem Didacum de Mardones, Praesentatum, cum ea potestate qua solent huiusmodi vicarii gaudere.
- 5 In priorem Sancti Dominici de Azpeitia / fratrem Augustinum de Orbaneja, praedicatorem Generalem, quem nunc denuo creamus et instituimus.
- In vicarium Sancti Dominici de Betanzos fratrem Antonium de la Carrera.
- 10 In vicarium de Panton fratrem Dominicum Bravo ex conventu de Tui.
- In vicarium Sancti Dominici de Bilbao fratrem Ioannem de Villafranca ex conventu de Valladolid.
- In vicarium Sancti Petri de la Tarza fratrem Martinum Palomeque ex conventu de Talavera.
- 15 In conventu Sancti Babilesii fratrem Ioannem Sanchez ex conventu Civitatensi.
- In conventu Sancti Dominici de Soria fratrem Nicolaum Ortiz ex conventu Sancti Thomae de Madrid.
- 20 Damus in vicarium sanctimonialium de Belmonte et de Villamaior Priorem conventus nostri Sanctae Crucis de Villaescusa pro tempore.

VI. - [ASSIGNATIONES IN PRAEDICATORES GENERALES]

- Assignamus in Praedicatorem Sancti Petri Martyris Toletani fratrem Ioannem Manuel ex eodem conventu.
- 5 In conventu Civitatensi fratrem Antonium de San Pablo ex conventu de Rioseco.
- In conventu Segoviensi fratrem Mauritium de Soria.
- In conventu Burgensi fratrem Dominicum de Zamora ex conventu Segoviensi.

V.4 Azpeitia: Azpetia R | f. 280r
VI.1 [ASSIGNATIONES...]: om. R

- 10 In conventu Talabrigensi fratrem Ildephonsum Giron ex conven-
tu Salmantino.
- In conventu de Rioseco fratrem Balthasarum [*sic*] de Leon ex
conventu Metinensi.
- 15 In conventu Benaventano / fratre Petrum Zamudio ex conventu
Palentino.
- In conventu de Carrion fratrem Andream de Peneda ex conventu
de Valentia,
- In conventu Metinensi fratrem Gasparum de los Reyes ex con-
ventu Toletano.

VII. - CONFESSORES MONIALIUM

- Assignamus ad audiendas confessiones monialium:
- 5 In conventu Sancti Dominici Regalis de Madrid Fratrem Fer-
dinandum de Sancto Petro, ex conventu Sancti Thomae; fratrem
Ioannem Cosio, Praedicatorem Generalem, ex conventu Vallisole-
tano; fratrem Philippum de Nava, et in procuratorem fratrem An-
dreas de Medina.
- 10 In convetu Matris Dei Toletano fratrem Ludovicum de Rojas,
Praedicatorem Generalem, ex conventu Vallisoletano; fratrem Fran-
ciscum Rengifo, ex conventu Placentino; in procuratorem fratrem
Bernardum Gutierrez.
- 15 In conventu Sancti Dominici Regalis Toletano, confessores:
fratrem Franciscum de Cepeda, ex conventu Salmantino; fratrem
Ioannem Martinez de la Peña, ex conventu Rupis Franciae ; fratrem
Ioannem Soto, ex conventu Sancti Dominici Regii Madritani.
- 20 In conventu Sanctae Mariae Dominarum Metinensi fratrem
Martinum de Sena in confessorem et procuratorem, et fratrem
Franciscum de Morales, ex conventu de Bilbao.
- In conventu Sancti Cypriani fratrem Ildephonsum Madaleno in
confessorem et procuratorem, ex conventu Sancti Petri Domina-
rum; fratrem Ioannem de Palencia / ex conventu de Hita.
- 25 In conventu de Aldeanueva instituimus in vicarium fratrem
Christophorum de Quintanilla, ex conventu Abulensi; in procura-
torem fratrem Ioannem Lopez, ex conventu de Peñafiel; in confes-
sores fratrem Andream Sanchez ex conventu de Cifuentes, fratrem
Simonem de Spiritu Sancto, ex conventu de Merida; in parochum
fratrem Ioannem Ruiz, ex conventu de Talavera.

11 Benaventano: Beneventano *R | : f. 280v*
VII.19 */: f. 281r*

- In conventu sanctimonialium de Olmedo damus in vicarium et confessorem fratrem Balthasarum Lopez, ex conventu Talabrigensi.
- 30 In conventu de Belvis in vicarium et confessorem fratrem Dominicum Salinas.
- In conventu de Villamayor in confessorem fratrem Henricum de Almeida.
- 35 In conventu de Orellana in vicarium et confessorem fratrem Ildephonsum Davila, ex conventu de Medina.
- In conventu Sancti Blasii de Cifuentes in procuratorem et confessorem fratrem Dominicum Lozano ex eodem conventu; fratrem Gasparem de Sandoval ex conventu Complutensi.
- Ex conventu de Belmonte in procuratorem et confessorem fratrem Mathiam Sanchez, ex conventu de Segovia; fratrem Martinum de Yllana, ex conventu de Aldeanueva.
- 40 In conventu de Caleruega in confessorem et procuratorem fratrem Didacum de Torralva ex conventu de la Vera, et Petrum de Ribera ex conventu de Quejana.
- 45 In conventu de la Casa / de la Reina in Procuratorem et confessorem fratrem Ioannem de Salinas ex conventu de Tui; fratrem Petrum de la Parra, ex conventu de Tudela.
- In conventu Sancti Spiritus de Toro in procuratorem fratrem Dominicum de la Cruz ex conventu de la Casa de la Reina.
- 50 In conventu de Quejana in confessorem et procuratorem fratrem Ioannem de los Angeles, ex conventu de Bilbao; fratrem Ioannem de Salazar; ex conventu Palentino.
- In conventu Sanctae Catherinae de Ocaña in confessorem fratrem Ludovicum de la Ascension, ex conventu de Toro.
- 55 In conventu de Lequeitio in confessorem et procuratorem fratrem Franciscum Gonzalez, ex conventu de la Casa de la Reyna; fratrem Ildephonsum de Amesiaga, ex conventu de Tuy.
- In conventu Sanctae Catherinae de Madrid fratrem Ioannem de Salvatierra ex conventu Sancti Dominici Regalis Toletani.

VIII. - CONFIRMATIONES

Confirmamus antiquum nostrae provinciae morem praecipientes in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub pracepto formaliter ne quis cellam alterius ingrediatur, altero fratre intus existente. Excipimus caellam prioris et magistri novitiorum

39 /: f. 281v

43 Toro: Thoro R

44 Quejana: Quijana R

pro sibi subditos. Licebit autem caellas magistrorum et eorum qui provincialatus officio functi fuerint, ingredi, praeter / quam a signo quod fit post completorium usque ad primum signum, quod fieri solet ad primam sequentis diei. Caellas autem suppriorum ingredientur fratres secundum quod prioribus visum fuerit. Poterunt autem priores seu praesidentes conventuum dispensare cum sibi subditis, dummodo dispensatio non sit generalis.

10 Similiter confirmamus illam ordinationem ne prior unius conventus possit eligi in priorem alterius ante biennium sui prioratus, et quod neque suppriores neque lectores in conventibus, in qibus sunt assignati, possint eligi in priores, quod , si oppositum factum fuerit, a Patre nostro provinciali cassetur electio.

20 Item praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae, ne priores vel praesidentes sibi subditis facultatem faciant itinerandi extra dietam, quam declaramus esse spacium quatuordecim leucarum.

25 Item confirmamus illam ne quis ingrediatur regiam curiam absque speciali facultate patris nostri provincialis. Intelligimus vero nomine curiae Sanctum Laurentium de Escorial, quandiu regia maiestas ibidem commoratur. Idque praecipimus / in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae.

30 Item confirmamus illam quod bona fratum defunctorum diligenter examinentur et custodiantur, et dividantur a prioribus vel praesudentibus in tres partes, et tertiam partem applicent in stipendia missarum pro anima defuncti, et ex nunc applicatam esse volumus. De reliquis vero reddent praesidentes rationem sicut de aliis bonis conventus. Ordinantes simul quod, si defunctus fuerit prior vel praesidens conventus vel domus fiant pro eo suffragia ac si in eodem conventu vel domo esset assignatus.

35 Praecipimus sub poena gravioris culpe, per quindecim dies incurrenda, ut in oppidis, in quibus fuerint conventus nostri Ordinis nec in illorum suburbanis nemo audeat pernoctare.

IX. - ORDINATIONES

Ordinamus et ordinando praecipimus in virtute Spiritu Sancti et sanctae obedientiae sub preecepto formali et su poena privationis vocis activae et passivae per unum annum per contrafacentes, pro

VIII.6/: f. 282r

22 /: f. 282v

26 praesidentes: p. c. R

IX.4 /: f. 283r

- 5 qualibet vice / incurrenda, quod nulli fratum, cuiusvis fuerit qualitatis, aut conditionis, liceat adire, monasteria monialium ullo praetextu, sive collocutionis sive confessionis audienda, nisi cum expressa sui praelati licentia pro qualibet vice in scriptis habita, expressis insuper nominibus sanctimonialium in ipsa licentia.
- 10 Item ordinamus et praecipimus in virtute Spiritus Sancti et santae obedientiae sub pracepto formalis, quod nullus fratum de electione prioris, tum proprii tum alieni conventus verbo aut scripto, directe vel indirecte, agat aut tractet quousque Prior fatus fuerit officio suo.
- 15 Item sub eodem pracepto prohibemus omnibus fratibus de electione prioris agere, nisi dumtaxat illis, et inter se ipsos, qui ad proprium conventum pertinent, cuius est prioris electio, atque sub eodem pracepto teneantur tacere post factam electionem, donec electus fuerit confirmatus vel cassata electio.
- 20 Item sub eodem pracepto inhibemus omnibus fratibus ne de electione patris provincialis verbo aut scripto colloquantur, donec litterae convocatoriae ad provincialm eligendum / publicentur in Provincia, ut fieri solet.
- 25 Item sub eodem pracepto mandamus omnibus fratibus etiam prioribus ac supriobus ne de electione socii capituli provincialis tractent ante tres dies electionis, quae omnia et singula vim poraecepti habere declaramus.
- 30 Similiter ordinamus quod nullus frater possit assumi aut eligi in Priorem ante quadragesimum annum suae aetatis atque vigesimum sui habitus, nec in supriorem ante trigesimum quartum aetatis annum et quartumdecimum sui habitus. Quod, si secus factum fuerit totum sit irritum et innane.
- 35 Item ordinamus, sub poena ieiunii in pane et aqua per quatuor dies super nudam terram et quatuor disciplinarum, quod nullus religiosorum representationibus aut comedii saecularium intersit, nisi in praesentia episcoporum aut in insignibus collegii aut monasteriis religiosorum aut capitulis ecclesiarum.
- Prior autem hanc poenam teneatur exequi sub poena suspensio-
- 40 nis ab officio per duos menses.
- Item ordinamus quod nullus prior permittat in suo conventu comedias aut representationes fieri, in quibus feminae / personatus agentes admittuntur, sub poena absolutionis ab officio, quam etiam poenam incurrire declaramus priores aut priorisas permitentes representationes fieri a religiosis suis in vestitu saeculari aut profano.

19 */: f. 283v*

23 frater: fratre R

35 */: f. 284r*

45 Item ordinamus quod nullus religiosorum taurorum agitationi intersit, ad cartas ludat, sub poena gravioris culpae per quindecim dies, quam prior vel praesidens exequi teneatur sub poena suspensionis ab officio per unum mensem.

50 At qui quoniam iuribus nostris et alias persaepe cautum est, ne quis apud saeculares, aut apud alteram personam, pecunias habeat, praecipiendo praecipimus quod nulli liceat extra depositum commune conventus pecunias habere, quod, si quis contrarium fecerit, iacturam eorum patiatur, quas ex nunc pro tunc conventui ipsi applicamus et applicatas declaramus; ipsumque proprietarii 55 crimen incurrisse denuntiamus.

Item ordinamus quod priores intra mensem accessus ad suos conventus scrutentur caellas fratrum notentque / lectorum cultum et caellarum, quod si noverint quempiam fratrum lineis uti in lecto aut ad carnes, nisi expressa fuerit necessitas talis usus, moneant patrem nostrum provincialem quatenus huiusmodi licentias revocet, ipsique licentias lineis utendi hactenus datas examinabunt.

Providebit autem pater noster provincialis in suis visitationibus assignare in magistros novitiorum viros graves, maturaee aetatis, religiosos, qui possint rigorem communitatis sustinere, atque officium unum plenissime exequi. Quos ideo curabit pater noster provincialis dignis honoribus prosequi.

70 Ordinamus quod ordinationes factas in visitationibus tam in domibus fratrum quam monialium atque etiam sororum vim suam omnino habeant non solum prout sunt ordinationes, verum etiam prout praecpta vel alias sub poenis mandata. Ac proinde praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praeccepto formalii eadem quae per praedicta praecpta constituta sunt.

75 / Ordinamus quod Evangelium Sancti Ioannis *In principio erat Verbum*, quod dicitur post actam missam, dicatur semper in dextro cornu altaris, post datam benedictionem, accensis lucernis; atque in die communionis fratrum post communionem et benedictionem datam tam in missis solemnibus quam in privatis.

X. - DENUNTIATIONES

Denuntiamus quod tam licentiae quam assignationes datae a patribus diffinitoribus durante capitulo, vigorem et vim habeant, siquidem de licentia P. Provintialis concessae sunt.

49 /: f. 284v
63 /: f. 285r

- 5 Similiter denuntiamus pro educandis novitiis conventus sequentes deputari, videlicet conventus Sanctae Crucis Segoviensis, Sancti Pauli Palentini, Sancti Dominici Zamorensis, Sancti Stephani Salmantini, Sancti Pauli Burgensis, Sancti Iacobi Pampilonensis, Sancti Petri Martyris Toletani, Sancti Pauli Vallisoletani, Sancti Dominici Civitatensis, Sancti Dominici Benaventani, Sancti Thomae Abulensis, Sancti Ildephonsi Taurensis, Sancti Dominici Legionensis, Sancti Dominici Lucensis, Sancti Dominici de Victoria, Sancti Vincentii de placencia, Sancti Dominici de Piedrahita, Sanctae Mariae de Trianos,
 10 / Sancti Pauli Rupisfidelis, Sanctae Mariae de Nieva, Sancti Andreeae Metinensis, Sancti Dominici de Ribadavia, Sanctae Crucis de Carboneras, Sanctae Mariae de Atocha, Sancti Gennesii Talabrigensis, Sancti Dominici de Ocaña, Sancti Spiritus de Aranda, Sancti Telmi de San Sebastian, Sanctae Crucis de Villaescusa; Matris Dei de Alcalá, Sanctae Mariae Rupis Franciae, Sancti Dominici de Oviedo.
- 15 Patres autem probationum examinatores pro novitiis recipiendis erunt sequentes: prior Sancti Pauli Vallisoletani et rectorem collegii Sancti Gregorii; prior Salmantinus et Zamorensis; Prior Civitatensis et Prior Rupis Franciae; prior Placentinus et de Galisteo; prior de Atocha et Sancti Thomae Matritensis; prior et rector Complutensis;
 20 prior Toletanus et de Ocaña; prior Burgensis et de Rojas; prior de Pamplona et de Stella; prior Compostellanus et de Pontevedra; prior de Leon et de Trianos.
- 25

XI. - ISTA SUNT NOMINA DEFUNCTORUM

Ex conventu de Palencia frater Ioannes de Sancto Petro,
 Praesentatus et Praedicator Generalis; frater Franciscus Nuñez,
 sacerdos et pater antiquus; frater Andreas de Cordoba, sacerdos et
 5 pater antiquus; frater Gundisalvus de Obregon, sacerdos et pater
 / antiquus; frater Gregorius González, sacerdos et pater antiquus;
 frater Philippus Rejon, sacerdos; frater Ioannes de Sanctis, laicus, et
 quidam novitus.

Ex conventu de Toledo frater Franciscus de Trianos, sacerdos
 10 et pater antiquus et Praedicator Generalis; frater Petrus Davalos,
 sacerdos et pater antiquus; frater Dominicus de Poblacion, sacerdos
 et pater antiquus; frater Ioannes Lozano; frater Ioannes Lozano,
 sacerdos et pater antiquus; frater Ildephonsus Ramiro, sacerdos

X.12 /: f. 285v

16 Sancti Telmi: Sancti Elmi R

XI.5 /: f. 286r

13 Magdalena: Magdalegna R

45 et pater antiquus; frater Franciscus Lopez, laicus; frater Petrus de la Magdalena, laicus; frater Martinus de Villaverde, laicus; frater Ioannes del Castillo, laicus; frater Ioannes Correas, laicus; frater Franciscus de Estremera, laicus.

50 Ex conventu de Burgos frater Christophorus de San Pedro, sacerdos et pater antiquus; frater Hieronymus de Villela, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Monguia, sacerdos.

55 Ex conventu de Salamanca frater Ioannes Garcia, sacerdos et pater antiquus; frater Christophorus de Castro, sacerdos et pater antiquus; frater Andreas de Burgos, sacerdos et pater antiquus; frater Antonius Muñoz, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus de la Torre, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Sancto Spiritu, sacerdos et pater antiquus; frater / Bernardus de Santo Dominico, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Ayala, sacerdos et pater antiquus; frater Bernardus Perez, sacerdos et P. [sic]; frater Garsias de la Fuente, sacerdos; frater Dominicus de Ibarra, sacerdos; frater Andreas de Valenzuela, sacerdos; frater Petrus Nuñez, sacerdos; frater Ioannes Espinosa, sacerdos; frater Petrus de Laguna, sacerdos; frater Dominicus de Porto Pino [i], sacerdos et hospes Genuensis; frater Ioannes de Pujadas, subdiaconus; frater Petrus Macias, acolitus; frater Ioannes de Sancta Apolonia, laicus; frater Ioannes de Escalanta, laicus; frater Ioannes Martinez, laicus; quidam novitius et quidam donatus.

60 Ex collegio Sancti Gregorii frater Rodericus Lopez, sacerdos; frater Bartholomaeus Erran, sacerdos; frater Michael de Castro, laicus.

65 Ex conventu de Ocaña frater Petrus Alvarez, sacerdos et pater antiquus; frater Bededictus de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Sancto Dominico, sacerdos et pater antiquus.

70 Ex conventu de Ciudad Rodrigo frater Ioannes de Landa, sacerdos; frater Petrus Sanchez, / sacerdos; frater Lucas Sanchez, laicus, et quidam donatus.

75 Ex conventu de la Vera frater Ambrosius de Porras, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Logroño frater Didacus de Gamarra, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus de la Puente, sacerdos; frater Martinus de Sancta Maria, laicus.

80 Ex conventu de Caceres frater Ludovicus del Rincon, sacerdos et pater antiquus.

23 /: f. 286v

38 /: f. 287r

55 /: f. 287v

74 /: f. 288r

- Ex conventu de Astorga frater Didacus de Medrano, laicus.
- 85 Ex conventu de Trianos frater Petrus Salado, sacerdos et quidam donatus.
- Ex conventu de Hita frater Gaspar de Aviles, sacerdos et pater antiquus et Praedicator Generalis.
- 90 Ex conventu de Sanguesa frater Hieronymus Salado, sacerdos.
- Ex conventu de Aranda frater Ioannes Delgado, sacerdos et pater antiquus.
- Ex conventu de Pamplona frater Ioannes Vadoztain, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Torreblanca, sacerdos et pater antiquus; frater Michael de Arroyz, sacerdos et pater antiquus.
- 95 Ex conventu de Merida frater Michael Sanchez, sacerdos.
- Ex conventu de Alcala frater Antonius de Vega, sacerdos et pater antiquus; frater Augustinus de / Bernedo, sacerdos.
- Ex conventu de Huete, frater Thomas de Bobadillo, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Villalva, sacerdos et pater antiquus; frater Dominicus de Mora, sacerdos et pater antiquus; frater Michael de Urrutia, sacerdos; frater Franciscus de Chaves, sacerdos; frater Ioannes Gimenez, acholitus.
- 100 Ex conventu de Oviedo frater Gregorius Vazquez, sacerdos et pater antiquus.
- 105 Ex conventu Sancti Thomae de Madrid frater Franciscus Ibanez, sacerdos.
- Ex conventu de Villaescusa frater Ioannes Gallego, sacerdos et Pater antiquus.
- 110 Ex conventu de Peñafiel frater Franciscus de Padilla, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Arroyuelo, laicus; frater Franciscus Gonzalez, laicus.
- Ex conventu de Cuenca frater Didacus de Vera, supprior; frater Martnus de Montejano, sacerdos et pater antiquus.
- 115 Ex conventu de Benavente frater Gregorius de Alcala, sacerdos et pater antiquus.
- Ex conventu de Lugo frater Bernardus Maldonado, sacerdos et pater antiquus.
- 120 Ex conventu de Nieva frater Ferdinandus Contreras, sacerdos et pater antiquus; frater Gundisalvus de Tordesillas, sacerdos et pater antiquus; frater Gregorius de Burgos, sacerdos et pater antiquus; frater Jorge de Ribera, sacerdos; frater Hieronymus de Valdivieso, sacerdos; / frater Augustinus de los Reyes, laicus; frater Ioannes Blanco, laicus.

99 /:f. 288v

103 Praedicator: prior R

- 125 Ex conventu de la Peña de Francia frater Franciscus de Oñate, sacerdos et pater antiquus; frater Antonius Gomez, laicus, et quidam donatus.
- Ex conventu de Medina del Campo frater Ioannes de Ortega, sacerdos et pater antiquus; frater Matthaeus Fernandez, prior de Cisneros; frater Hieronymus de Aguiar, sacerdos et Praedicator Generalis; frater Petrus de Sancto Dominico, subdiaconus; frater Ioannes de Sancta Caecilia, laicus.
- Ex conventu de San Sebastian frater Petrus de Mañaria, sacerdos et pater antiquus; frater Michael de Arzedum, sacerdos; frater Petrus de Vergara, laicus.
- 135 Ex conventu de Carboneras frater Gutierre Quijada, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Cepeda, sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus de la Cruz, laicus.
- Ex conventu de Carrion frater Ioannes de Villa Martin, sacerdos et pater antiquus.
- 140 Ex conventu de Atocha supprior frater Gabrieck Fernandez, sacerdos; frater Thomas de Sotomayor, sacerdos; frater Ioannes de Chinchilla, acolitus; frater Antonius Izquierdo, laicus; frater Gaspar Nafarrete, laicus.
- Ex conventu de piedrahita fratre Ioannes de Avila, praedicator.
- 145 Ex conventu de Stella frater Petrus de Espiritu Santo, sacerdos et pater antiquus.
- Ex conventu de Pontevedra frater Urbanus de Argüello, sacerdos.
- 150 Ex conventu de Sancta Martha frater Ioannes Fernandez, sacerdos; frater Ioannes Calvo, sacerdos.
- Ex conventu de Galisteo frater Martinus vara, sacerdos e Pter antiquus et Prior conventus; frater Vincentius de Caceres, sacerdos et pater antiquus; / frater Petrus Martyr, sacerdos et pater antiquus; frater Andres [sic] del Soto, sacerdos.
- 155 Ex conventu de Talavera frater Garsias de Toledo, sacerdos et pater antiquus; frater et Praedicator Generalis.
- Ex conventu de Tudela frater Rodericus Garcia, sacerdos et pater antiquus.
- 160 Ex conventu de Victoria frater Ioannes de Ayala, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Avendaño, sacerdos et Pater antiquus.
- Ex conventu Sanctae Crucis Segoviensis frater Ioannes de Valseca, sacerdos et pater antiquus; frater Martinus de Salazar, sacerdos et pater antiquus.

- 165 Ex conventu de Zamora frater Ildephonsus Rodriguez, sacerdos et pater antiquus; frater ildephonsus de Tobar, sacerdos et pater antiquus; frater Antonius de Villagomez, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus de Sancto Paulo, sacerdos et Pater antiquus; frater Ioannes de Engorrilla, sacerdos; frater Lucas Velez, sacerdos.
- 170 Ex conventu de Cisneros frater Benedictus de Icarzosa, laicus.
Ex conventu de Toro frater Ferdinandus de Miranda, Praesentatus et prior Conchensis; frater Petrus de Ledesma, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Sancta María, sacerdos et pater antiquus; frater
- 175 Matthias de Sancto Dominico, sacerdos et pater antiquus; frater Michael de Valmaseda, Praedicator Generalis et pater antiquus.
Ex conventu de Villada frater Ioannes de San Juan, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Sanctis, sacerdos et pater antiquus; frater Alphonsus de Ribera, subdiaconus; frater Petrus Sosinos, laicus.
- 180 Ex conventu de Valladolid frater Gregorius de Arguello, sacerdos et pater antiquus; frater Gregorius Florez, sacerdos et Praedicator Generalis; frater Ioannes Ruiz, sacerdos et pater antiquus et Praedicator Generalis; frater Balthasar de Antequera, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus Bazan, sacerdos et pater antiquus; frater Jorge de Ayllon, sacerdos et pater antiquus; frater Ludsonicus de Villafranca, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Baptista, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus Ramirez, sacerdos; frater Lucas de Valmaseda, sacerdos et pater antiquus; / frater Antonius de Castro, diaconus; frater Antonius de Utrilla, laicus; frater Ioannes de Santillana, laicus; frater Petrus de Aguilar, laicus; frater Antonius Fernandez, laicus; frater Procopius de Sancta Margarita, laicus.
- 185 Ex conventu de Mombeltran frater Petrus Ruiz, prior conventus; frater Bartholomaeus de Matha, sacerdos; frater Acatius de Castro, sacerdos; frater Hieronymus Fernandez, sacerdos.
- 190 Ex conventu de Plasencia frater Petrus de Astudillo, sacerdos et pater antiquus; frater Thomas de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Castilla, sacerdos et pater antiquus.
- 195 Ex conventu de Trujillo frater Alfonsus de Sirvela, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus de Rhodas, sacerdos; frater Diony-
sius Garcia, sacerdos.
- 200 Ex conventu de Panthon frater Ioannes de Vayo, vicarius et pa-
ter antiquus.
- 205 Ex conventu de Avila frater Bartholomaeus de Tapia, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Palomino, sacerdos et pater anti-
quus; frater Petrus de Vera, sacerdos et Praedicator Generalis; frater

- Ioannes Saguastaquida, sacerdos; frater Lucas de Sancta Maria, laicus; frater Thomas de los Reyes, laicus.
- 210 Ex conventu de Guadalajara, frater Antonius de Trinitate, laicus.
 Ex conventu de Tuy frater Paulus del Corral, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus de la Assumption, sacerdos et pater antiquus.
 Ex conventu de la Coruña frater Alfonsus Lopez, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Rogel, sacerdos, et quidam laicus.

XII.- / SUFFRAGIA PRO VIVIS

Pro Sanctissimo Papa Nostro Gregorio et pro statu Sanctae Romanae Ecclesiae quilibet conventus unam missam.

- Pro catholico et invictissimo Rege nostro Philippo, praeter quotidianas preces, quae in singulis conventibus fieri omnino mandamus, cuius vita non minus Ecclesiae et toti Reipublicae christianaee necessaria quam sol orbi aut motus caelestes universis creaturis totius orbis acclamatione desideratur, quique ob eximiam suam pietatem religionem nostram innumeris prosequitur gratiis et nunc denuo amplam summam pecuniae provinciae nostrae, magnificentissime donavit, et pro serenissimo principe cum prole regia quilibet sacerdos unam missam.
- Pro archiepiscopo Burgensi, qui splendidam et copiosissimam eleemosynam largitus est; similiter pro episcopis Seguntino et Placentino, Conchensi et Segoviensi, qui largas eleemosynas fecerunt capitulo nostro quilibet conventus unam missam.
- Pro comestabili Castellae, comite de Benavente, ducibus del Infantado, de Bejar, /de Nájera, comitibus de Lemos, de Oropesa, de Santa Gadea, marchionibus de Villanueva, de Poza, de Berlanga, ducissa de Alba, comites de Salinas, pro dominis Ioanne de Idiaquez, domino Francisco de Fonseca, Garsia de Loaysa, Francisco de Reynoso, aliisque principibus, qui nos et nostrum capitulum splendidis eleemosynis magnifice iuvarunt, atque pro aliis nobilibus, qui similiter eleemosynas suas liberaliter largiti sunt, quilibet conventus unam missam.
- Pro insugni hac civitate Burgensi, quae copiosam eleemosynam contulit capitulo nostro et multis beneficiis nos est prosecuta; similiter et pro alma ecclesia Burgensi, omnibusque benefactoribus nostris, quilibet conventus unam missam.

XII.1 /: f. 289v
 17 /: f. 290r

XIII. - SUFFRAGIA PRO DEFUNCTIS

Pro fratribus et sacerdotibus nostris provinciae defunctis, a praecedenti capitulo et pro omnibus aliis benefactoribus defunctis quilibet sacerdos unam missam.

XIV. - [ULTIMAE DETERMINATIONES]

Concedit pater noster Vicarius Generalis, electus prior provincialis, omnibus fratribus et sacerdotibus nostris provinciae, quod alias / expositum confessorem semel tantum eligere valeant et ab eodem de praeteritis casibus et censuris, quos uque ad notitiam praesentium incurrerunt, possint absolviri sicut poterant a ipso patre nostro.

10 Mandamus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub pracepto formali omnibus sociis conventuum et praesidentibus non habentibus socium, ut acta huius capitulo fideliter scripta et nostris nominibus subscripta ad suos conventus deferant et prioribus seu praesidentibus mandamus, ut ea in publico capitulo statim legere faciant.

15 Sententias iudicium approbamus et sequens capitulum assignamus in conventu Sancti Dominici de Ocaña dominica *Deus qui errantibus*, anni Domini 1593 maii die 9.

Auctoritatem nostram reservamus usque ad feriam secundam inclusive, deincepsque eam patri nostro Vicario Generali in provincialem electum committimus.

20 Omnibus autem fratribus his nominatis in confessiones et vicariis monialium et in alia quaecumque officia praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae, sub pracepto formali ut intra mensem a notitia praesentium se praesentent conventibus seu monasteriis /quibus designantur, ut sua officia exequantur, et illis confessoribus seu vicariis monialium, qui modo apud ipsas commorantur, et aliis vicariis sub eodem pracepto mandamus ut inde non recedant donec eorum sucesores praesentes fuerint, et tunc ad conventus in quibus assignati sunt revertantur intra triginta dies a praesentia suorum successorum.

25 30 Datis ut supra.

XIV.1 [ULTIMAE...]: *om. R*

3 /: f. 290v

20 /: 291r

**[ACTA DEL CAPÍTULO PROVINCIAL CELEBRADO
EN OCAÑA EN 1593]**

INTRODUCCIÓN

Se trata de un acta impresa al final del capítulo, como se hará habitualmente con las actas de 1597, 1599 y siguientes. Vienen al final del acta las subcripciones impresas de los nombres del P. Provincial y de los PP. Definidores, acompañados de sus rúbricas. La copia impresa que tenemos delante se encuentra en el Archivo Generalicio de la Orden de Predicadores (AGOP), ubicado en el convento de Santa Sabina de Roma. El cuaderno impreso de esta acta tiene 10 hojas numeradas en la página del recto de la hoja o folio. Además de esta copia impresa, también en el citado archivo, contamos con una copia manuscrita del siglo XVIII, debida a la búsqueda persistente del P. Cristianópulo por los archivos conventuales de España. Comprende esta acta manuscrita en el códice 26045, vol. II, las hojas o folios 292r-307r. Tomamos como base el texto original impreso, que en el aparato crítico, que será muy reducido por la buena calidad del texto, lo indicamos con la abreviatura *orig.*; las pocas variantes que encontramos en la copia manuscrita del siglo XVIII, vendrán expresadas con la abreviatura *ms. R* (manuscrito del archivo dominicano de Roma).

**[ACTA CAPITULI PROVINCIALIS CELEBRATI
IN OCAÑA ANNO 1593]**

/ Haec sunt acta capituli provincialis, celebrati Ocaniae in conventu Sancti Dominici provinciae Hispaniae Ordinis Praedicatorum, 5 dominica secunda post octavam Paschae, nona die maii anno Domini 1593, sub reverendo admodum patre nostro fratre Thoma de Guzman, sacrae theologiae Magistro, Provinciali eiusdem provinciae; definientibus admodum reverendis patribus fratribus Martino Guiérrez, Praesentato, priore eiusdem conventus Sancti Dominici de Ocaña; fratre Petro de Contreras, Magistro; fratre Didaco de Alderete, priore conventus Sanctae Catherinae de la Vera; fratre Dida-co de Mardones, Praesentato, priore conventus Sanctae Mariae de Atocha de Madrid.

I. - ABSOLUTIONES

Absolvimus omnes supprios et vicarios conventuum non habentium priores, exceptis supprioribus conventuum Sancti Thomae de Madrid, Sancti Dominici de Ocaña, Sancti Dominici de Huete, 5 quos, quia nuper instituti sunt, volumus in officiis manere. Item exceptis suppriore conventus Sancti Pauli Rupis Fidelis, conventus Sanctae Mariae Iesus de Tavara, conventus Sancti Dominici de Oviedo, Sanctae Catharinae de Cisneros, Sancti Dictinii de Astorga, quos propter instantes electiones manere volumus usque ad praesentiam 10 prioris electi et confirmati.

II. - ACCEPTATIONES

Acceptamus acta capituli generalis Venetiis celebrati sub reverendissimo patre nostro Magistro Ordinis fratre Hippolyto anno Domini 1592, 17 die maii, in festo Sanctissimo Pentecostes et gaudentes privilegio et conuetudine nostrae provinciae de voluntate eiusdem reverendissimi patris nostri Magistri Ordinis pro nostra Provincia atque pro actis praedicti capituli. Excipimus illud quod dicitur in constitutionibus de Novitiis § 2, quod dentur contributio-nes pro illorum educatione, etc.

¹ [ACTA...]: *om. orig. et ms. R*

² /: f. 1r

^{I.7} Dictinii: Dothini in *orig. et ms.R*

^{II.6} /: f. 1v

- 10 Et illud in Declarationibus, numero 1 debere Magistrum ac Baccalaureos. Et illud in Ordinario, numero 1 de Confessionalibus, quod incipit a lateribus, et illud de quatuor tabulis § sequenti, quod incipit in qualibet sacristia, quantum ad 4 tabulam; et illud in § sequenti, quod incipit Ordinamus et inviolabiliter observari volumus quod alias saepe Ordinario f, et in declarationibus nostrarum constitutionum, distictione 1, cap. 1 continetur, quod videlicet omnes fratres, etc. Et Illud in §10, numero 4, quod reverendi patres procinciales et priores, sub poena absolutionis etc.
- 15 Et illud § 14, numero 8 de accessu ad monasteria monialium, quod sub poenis provationis omnium graduum etc. Et illud § 16 deposita fratrum particularium nullo pacto etc. Et illud § 21, num. 10 de combinandis fratribus, et in sequenti, illud de ocreis et feltro pro itinerantibus, et illud num. 11 sequenti de instructione iuvenum ad concionandum.
- 20 Atque in illa ordinatione quod conversi obligent se conventui in quo profitentur ita ut ei teneantut inservire toto tempore vitae sua, a quo amoveri non poterunt, nisi causa notabilis scandali, recipientes reverentur addimus, nisi etiam ratione culpae aut urgentis et communis necessitatis. Ista vero quae non acceptamus, iccirco omittimus, quia ea circa quae ordinant, in nostra provincia non contingunt.
- 25 Acceptamus 8 die maii magisteria fratris Antonii de Caceres, principis catholici Philippi domini nostri a sacris confessionibus, et fratris Didaci Peredo prioris de Truxillo. Item acceptamus Magisterium fratris Martini Gutierrez prioris de Ocaña et diffinitoris huius capituli, et praesentaturas fratris Ludovici Lopez conventus de Atocha, fratris Didaci de Granero conventus Sancti Thomae; fratris Francisci de Medoza cathedralici Complutensis, collegii Sancti Thomae Complutensis.

III. - EXPOSITIONES

- Exponimus ad legendas *Sententias* pro forma et gradu magisterii inclusive fratrem Ildefonsum de Rojas, Praesentatum, priorem de Medina del Campo; fratrem Didacum de Mardones, Praesentatum, priorem de Atocha., diffinitotrem huius capituli; fratrem Andream de Casso, Praesentatum, vicarium nationis Gallaetiae.

- Exponimus ad legendas *Sententias* pro forma et gradu Magisterii exclusive fratrem Raphaelem de la Torre, priorem Salmanticensem; fratrem Petrum de Herrera, cathedralicu Salmanticensem; fratrem Christophorum Rodriguez, lectorem Segoviensem; fratrem

III.10 /: f. 2r

Hieronymum de Tiedra, lectorem / Toletanum; fratrem Andream de Orduña, lectorem Toletanum; fratrem Antonium de Ormaza, lectorem Sancti Pauli Vallisoletani; fratrem Gabrielem de Ludeña, lectorem Abulensem.

IV. - DENUNCIATIONES

- Denunciamus Santissimum Dominum Nostrum Clementem 8, ad instantiam nostrae provinciae, concessisse breve quoddam super electione Patris Provincialis, et definitorum capituli, et expositione 5 ad gradus Magisterii et Praesentatus, atque super aliis pertinentibus ad provinciam, quo Sancta Sedes approbavit concordiam Burgis habitam in capitulo nostro provinciali et a Sancta Sede totius provinciae nomine postulatam, quam nunc denuo provincia tota confirmavit, acceptando beve unamini omnium vocalium concordia.
- 10 Denuntiamus nullos nos creasse praedicatores generales, quoniam iuxta acta capituli generalis proxime Venetiis celebrati, reduci debent Praedicatores Generales ad petitionem nostrae provinciae ad taxatum numerum quadragenarium; quare, donec numerus iste servetur, nullus debet creari praedicator generalis.
- 15 Denunciamus concessum esse a reverendissimo patre nostro Generali Magistro Ordinis, atque approbatum ab illustrissimo Protectore et Congregatione Regularium quod deinceps non celebrentur capitula intermedia, idque iam provinciam acceptasse de patrum consilio.
- 20 Denunciamus Sanctissimus Dominus Noster Clemens 8 uis litteris sub gravissimis poenis prohibuisse ne quis nostrorum religiosorum per emendicata saecularium vel ecclesiasticorum suffragia honores etc. praetendat quod, quia in actis capituli nostri generalis Venetiani ad litteram refertur, hic non inseruimus.
- 25 Denuntiamus vidisse nostrum diffinitorum provisiones regias invictissimi domini nostri domini Philippi Regis Catholici fuitque regii consilii status regni Portugalliae necnon serenissimi principis Alberti, Archiducis Austriae, Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis, de latere legati, concessas in favorem canonizationis Beati Petri Gundisalvi Telmo, Ordinis et provinciae nostrae, praedicatoris vere apostolici et nautarum advocati, pro qua reverendissimus pater noster Magister Frater Ioannes de las Cuevas quondam provincialis, et dominus Petrus de Alarcon, eques aureatus, eiusdem Serenissimi Principis a secretis camerarius, instant nomine Reverendissimi

35 Domini Domini Bartholomaei de Plaza episcopi Tudensis suaequae Ecclesiae (ubi huius sancti corpus requiescit) et omnium suarum confrater/nitatum, ac devotorum populorum piorumque nautarum dictorum regnorum, et iam reverendum Dominum Dominum Michaelem de Castro, Metropolitanum Archiepiscopum Ulysiponensem fecisse solemnem informationem de eiusdem Sancti vita, sanctitate miraculorumque coruscatione, de multorum praelatorum ac virorum doctorum consilio. Quae etiam Sanctissimo Domino Nostro Clementi 8 transmissa fuit.

40 Quibus consideratis, nos simul cum reverendo admodum patre nostro provinciali eamdem catholicam regiam maiestatem litteris nostris humiliter supplicavimus, ut suo regio favore ac sincero affectu, tam pium opus benigne prosequi dignetur, et sanctam Sedem per regias litteras imploret ut Beatum Petrum numero sanctorum adscribi concedat. Pro qua consequenda exhortamur, et praecipimus 45 tam fratribus, quam sororibus huius nostrae provinciae, ut pias ad Deum preces semper fundere non desistant.

V. - CONFIRMATIONES

5 Confirmamus antiquam nostra provinciae morem, praecipientes in virtute Spiritus Sancti, sancae obedientiae, sub formali pracepto, ne quis cellam alterius ingrediatur, quocumque fratre intus existente. Excipimus cellam prioris et magistri novitiorum pro sibi subditis. Licebit autem cellas magistrorum in theologia et eorum qui provincialatus offico functi fuerint, ingredi, praeterquam a signo quod fit post completorium usque ad primum signum quod fieri solet ad primam sequentis diei. Cellas autem suppriorum ingredientur fratres, secundum quod prioribus visum fuerit. Declaran- 10 res quod similiter non licet fratribus ingredi cancellos aut portas cellarum.

15 Item annuntiantes quod fratum assignatorum cellae, quan- diu in eis commorantur post notificationes assignationum, eodem prorsus praecerto continentur, quo cellae aliorum conventualium. Poterunt autem Pатtres Priores seu praesidentes conven- tuum dispensare cum sibi subditis, dummodo non sit dispensatio generalis.

20 Similiter confirmamus illud, ne prior unius conventus possit eligi in priorem alterius ante biennium expletum sui prioratus. Et quod neque suppiores neque lectores possint eligi in conventibus in quibus oficia exercent. Et, si secus fiat, electio sit irrita.

25 Praecipimus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, sub pracepto formalis ne priores aut praesidentes conventuum facultatem faciant sibi subditis itinerandi extra dietam, quam declaramus spatium 14 leucarum.

Similiter / sub poena suspensionis ab officio per mensem, eisdem mandamus ne permittant fratribus iter agere a conventu in diebus dominicis et festivis usque post missam maiorem.

30 Item confirmamus et in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, sub pracepto formalis mandamus, ne quis ingrediatur curiam regiam aut Sanctum Laurentium del Escorial, dum ibi praesens fuerit dominus noster Rex, absque speciali licentia patris nostro provincialis.

35 Item confirmamus quod bona fratrum defunctorum diligenter examinentur et custodiantur, et dividantur a praesidentibus conventum in tres partes, earumque tertiam applicent in stipendiis missarum pro anima defuncti, quam ex nunc nos applicatam decernimus. De reliquis vero reddant rationem Praesidentes, sicut de aliis bonis conventus. Statuentes simul quod, si defunctus fuerit prior vel praesidens conventus aut domus, fiant pro eo suffragia ac si ibidem esset assignatus. Prioribus etiam ac praesidentibus conventum praecipimus sub poena suspensionis ab officio per mensem, ne intermittent processiones pro defunctis singulis hebdomadis pro more Ordinis faciendas.

40 45 Patri nostro provinciali commendamus diligenter curet examinare causas, ob quas licentias concedit fratribus eundi extra conventus sive in proprias patrias sive alio atque iuxta negociorum et causarum necessitatem tempus licentiarum metiatur. Ita ut vitentur discursus fratrum et nullus apud saeculares longo tempore commoretur. Prohibentes sub poena gravioris culpae per 15 dies ne fratres in oppidis, ubi fuerit conventus Ordinis, aut eorum suburbanis, au-deant pecnotare.

50 55 Religiosi vero qui de licentia superiorum commorantur in oppidis, ubi non sunt conventus Ordinis, teneantur in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae sub pracepto formalis intra sex dies, quod ibi fuerint, praesentes se facere patribus prioribus conventum illius districti, et per se vel per nuntium licentiam manifestare, si longius quam per 15 dies ibi fuerint mansuri. Volentes quod licentiae, quibus fratres non utuntur, intra duos menses a suis datis, nullae sint et irritae.

V.23 /:f. 3r

29 Escorial: Escurial *in orig.*

58 /:f. 3v

Item confirmando mandamus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae sub pracepto formali et sub poena privationis vocis activae et passivae per annum a contrafacentibus, pro qualibet vice 65 incurrenda. Quod nullus audeat monasteria monialium sub ullo praetextu, vel audiendi confessiones vel aliter colloquendi, nisi cum expressa sui praelati licentia, pro qualibet vice in scriptis obtinenda, declarato nomine / monasterii. Declarantes quod nomine monialium intelligimus etiam monasteria religiosarum quas vocamus 70 beatas.

Item sub eodem pracepto mandamus quod nullus fratrum directe vel indirecte, affirmative vel negative, verbo aut scripto, tractet de electione prioris sui conventus vel alieni quoisque prior functus fuerit officio. Sub quo etiam pracepto interdicimus omnibus fratribus agere de electione prioris, nisi dumtaxat illis et inter seipsos, qui 75 ad proprium conventum pertinent, cuius est prioris electio; intuitu videlicet negotiandi electionem vel inducendi ad aliquem eligendum vel non eliegendum. Atqui, his praceptis tenebuntur, etiam post factam electionem, usquequo fuerit cassata vel confirmata.

Item sub eodem pracepto inhibemus omnibus fratribus, ne quis de electione patris provincialis verbo vel scripto agat, donec litterae convocatoriae, ad provincialem eligendum, publicentur in provincia, prout moris est. Denunciantes praecipuum hoc latum fuisse a reverendissimo patre nostro Generali pro omnibus nostrae 80 provinciae fratribus tam Provinciali quam subditis. Sub quo etiam pracepto prohibemus omnibus fratribus prioribus, supprioribus ac caeteris ne tractent de electione socii Capituli provincialis ante quam legantur in capitulo litterae convocatoriae ad capitulum.

Similiter confirmamus quod nullus frater possit eligi in priorem 90 ante 40 annum aetatis et 20 habitus Ordinis; nec in suppriorem ante 30 aetatis et 12 habitus, quod, si secus factum fuerit, sit irritum et inane.

Item confirmamus sub poena ieiunii in pane et aqua per quatuor dies super nudam terram, et totidem disciplinarum, quod nullus religiosus repraesentationibus aut comoediis saculares intersit, nisi in praesentia episcoporum aut in insignibus collegiis, monasteriis religiosorum aut capitulis ecclesiarum. Prior autem teneatur hanc poenam in transgressores exequi sub poena suspensionis ab officio 95 per duos menses.

Nullus autem prior permittat coemidas in conventibus in quibus feminae personatus agentes inducuntur sub poena absolutionis ab officio. Neque etiam religiosus suorum conventuum repraesentare, comedias agere in vestitu saeculari et profano,

105 quantumlibet secreto et nocturno fiant tempore, et clausis ianuas.
 Nulli etiam religiosorum liceat taurorum agitationi adesse aut /
 cartas ludere, sub poena gravioris culpae per 15 dies. Quam prior
 aut praeses conventus teneatur exequi sub poena suspensionis ab
 officio per mensem.

110 Confirmamus item illud, quod alias saepe cautum est, ne quis
 apud saeculares aut apud alterum pecunias aut alia bona habeat.
 Quare, praecipiendo praecipimus quod nulli liceat extra commune
 depositum pecunias habere; quod, si quis contrarium fecerit, iactu-
 ram earum faciat, quas ex nunc pro tunc applicamus conventui et
 applicatas declaramus, ipsumque proprietarii crimen denunciamus
 115 incurrisse.

120 Item confirmamus quod ordenationes factae in visitationibus
 tam in domibus fratribus quam sororum et monialium vim suam
 omnino habeant usque ad publicationem aliarum ordinationum,
 non solum prout sunt ordinationes, verum etiam prout pracepta
 vel alias sub poenis mandata. Ac proinde praecipimus in virtute
 Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, sub pracepto formal, eadem,
 quae per praedicta sub pracepto constituta sunt. Praecipientes ac
 denuo ordinantes quod acta capituli provincialis suam vim obti-
 neant, et perseverent in conventibus, usque dum acta subsequentis
 120 capituli in conventibus ipsis publicata fuerint.

VI. - ORDINATIONS

5 Ordinamus et in virtute Spiritu Sancti, sanctae obedientiae, sub
 pracepto formal mandamus quod nulli fratrum liceat, cum egreditur
 conventum ob quamcumque causam, etiam assignationis, libros
 aut aliam supellectilem apud saeculares deponere.

Item ordinamus quod liber in quo scribitur ratio missarum ma-
 neat in deposito communi, et nunquam in cella prioris, suprioris
 aut praesidentis. Atque ibi fiat ratio et computum missarum iuxta
 numerum eleemosynarum.

10 Similiter ordinamus quod nullus studentium studia sua inter-
 mittat ante tres annos completos artium, et quatuor integros theo-
 logiae. Integros autem dicimus a festo Sanctae Crucis ad festum
 Penthecostes. Quod si quis minus theologiam audierit, aut saltim
 non per tres integros annos casus conscientiae, inhabilis ad audi-
 15 entiam confessionum, et Evangelii praedicationem.

VI.4 14 quamcumque: quacumque *orig.*
 f. 4v

Declarantes et praesenti decreto statuentes quod, quicumque, contra huius decreti constitutionem, theologiam audierit, quamvis expodus sit ad confessiones audiendas, et praedicationem exercendam, expositio ipsa sit nulla, quam nos praesenti constitutione 20 annullatam et irritam facimus. Indulgemus autem quod post tres annos integros theologiae possint studentes exponi ad confessiones et praedicationes in suis conventibus ubi student, sed non alibi, nec pro aliis.

Volentes quod studentes artium per tres annos integros illis vacent, ita ut in tertio anno philosophiae, lectioni de generatione et anima incumbant usque ad festum Pentecostes, ante quem diem nulla ratione theologicis studiis intendent. Lectores autem summularum perficiunt summularum cursum toto mense februario. Quod omnes lectores tenebuntur servare sub poena privationis officiorum in perpetuum. 25

Declaramus et ordinamus quod in studiis ubi fuerint Patres Magistri in Sacra Theologia, sint eo ipso regentes Studiorum; quod, si duo fuerint, antiquior exercebit officium Regentis, et eo absente alius.

Item ordinamus quod in singulis conventibus per singulos dies habeatur casus conscientiae secundum antiquum nostrae Provinciae morem, praeterquam in diebus adventus et quadragesimae quem nulla ratione praetermittent patres priores sub poena absolutionis ab officio. 35

Item ordinamus quod nullus possit accipere eleemosynas missarum ultra quinquaginta.

Item ordinamus quod quandocumque fratres assignati, etiam si ad voluntatem prioris assignentur ad conventus quibus assignantur, accesserint, teneatur prior eos domi retinere, si non recipiat assignationes, usquequo prior ipse ad Patrem provinciale mittat, et ab eo responsum accipiat; et nulla ratione eos ad patrem Provinciale remittat, sub poena absolutionis ab officio, ne sub hoc praetextu fratres vagari contingat. Declarantes quod assignationes debent intimari intra duos menses a suis datis; alias non valeant. 45

Item ordinamus, et sub poena absolutionis ab officio mandamus omnibus supprioribus quod in sede vacante, aut alias in absentia prioris, nullos faciant sumptos extraordinarios, aut notabiles; quod si fecerint, curabunt patres priores cautum facere patrem nostrum provinciale, ut eos [ab] officiis amoveat.

35 quinquaginta: et hoc de licentia sui praelati *ad. quisque propria manu* quingenta in copia ms. R

46 [ab]: om. orig. et ms. R

47 l: f. 5r

- 55 / Item ordinamus quod teneantur patres priores in singulis conventibus unum aut alterum designare examinatorem, qui sub pracepto ab ipsis imponendo, teneatur quemlibet sacris initiatum, antequam sacra celebret, examinare, et approbare, et sine illius approbatione, sacri ordinis, ad quem assumptus est, exercitium non subeat.
- 60 Item ordinamus quod confessores teneantur servare tenorem licentiarum et facultatum ab Ordine concessarum iuxta limitationes in ipsis expressas, etiam si alias ab episcopis approbati fuerint sine ulla limitatione. Quod, si quis contrarium fecerit, ipso facto sit suspensus ab officio confessoris.
- 65 Item ordinamus et ordinando accepemus Societatem Septem Dolorum Beatissimae Virginis Mariae Matris Dei in conventu nostro Sancti Thomae Madritano denuo fundatam, iniungentes prioribus quod eam fundent in suis conventibus, secundum ordinem a nostro patre Provinicali singulis conventibus mittendum.

VII. - PARA LAS RELIGIOSAS

- Para mayor observancia de nuestra religión ordenamos para todos los monasterios de monjas y beatas que las prioras que se eligieren de aquí adelante no duren en el oficio más que tres años, el cual se acabe cumplido el tercero año, y luego las religiosas procedan a elegir otra priora. E para mayor resplandor de la humildad, mandamos que las religiosas huyan de lenguaje seglar, y assí no se llamen señoras, ni donas, sino madres o sorores y con estas palabras las hablen todas las personas religiosas de nuestra professión.
- 10 A las madres prioras mandamos, so pena de absolución de sus oficios, que no admitan en sus yglesias comedias ni representaciones de seglares, ni den licencia para que las religiosas representen con vestidos seglares ni en hábito profano, aunque sea con mucho secreto, muy de noche y muy cerrado el monasterio.
- 15 Y para que con mayor fervor de caridad, libres de ocupaciones seculares, se empleen en el amor divino de su Esposo, mandamos en virtud del Espíritu Santo, de la santa obediencia, por formal precepto, y so pena de absolución de su oficio a la madre priora y de privación de las gracias de la Orden a todas las religiosas por seis meses,
- 20 que por ningún caso admitan pláticas, ni visitas, ni devociones, ni tratos de / hombres de cualquier estado, condición o calidad que sean, ansí seglares como religiosos o clérigos, solamente den lugar a hablar con los que tocaren en tercer grado de consanguineidad o

VII.7 donas: dones *in orig. et ms. R*

18 /: f. 5v

afinidad, y esto muy pocas veces y muy de tarde en tarde y por negocios graves y con necesidad.

Que para solas estas personas queremos que tengan las Madres prioras autoridad para dar licencia; a las demás no podrán dar licencia, sino habiendo licencia de nuestro P. provincial en escrito, y no de otra manera. Pero lo que tocare hablar con frailes de nuestra religión queremos que sea guardando las actas de nuestros capítulos, y las ordenaciones de las visitas que hubiere en los monasterios y en los conventos. De la misma manera mandamos a las prioras de nuestros monasterios de beatas, donde hay seglares recogidas, que guarden el recogimiento de las personas seglares, y no les den más licencia para hablar, ni de otra manera.

A las madres prioras encargamos mucho la conciencia que guarden la santa institución de nuestra sagrada religión en la crianza de las novicias, teniendo mucho cuidado que se críen en casa de novicias aparte del convento, so la disciplina de la Madre Maestra de novicias, a la cual toque particularmente enseñarles todo lo que tocare a la religión y a nuestras ceremonias, y al tratamiento y culto de sus personas, sin que aya persona ninguna fuera della, que se meta en la crianza y disciplina de las novicias.

Y ordenamos que las novicias estén siempre dentro de la casa, y so mano de la Madre de novicias tres años después de profesas, y antes de cumplirlos queremos que en ningún caso salgan de la obediencia de la Madre Maestra de novicias ni de su casa; mandando a las Madres Prioras, so pena de absolución de su oficio, que hagan guardar todo lo que en esto ordenamos con mucho cuidado.

Y, porque las religiosas no pretendan ignorancia destas cosas, y por ella falten en su obediencia, mandamos a los padres priores, y a los vicarios de nuestros monasterios de religiosas, que dentro de un día o dos que recibieren nuestras actas, las lean a las religiosas de los monasterios que están en sus pueblos o en su jurisdicción.

VIII. - /INSTITUTIONES

Instituimus in vicarium nationis Gallaetiae fratrem Andream de Casso, Praesentatum, priorem Compostellanum, cum ea potestate, quam solent huiusmodi vicarii habere. In vicarium nationis Navarrai fratrem Ioannem de Piña, Praedicatorem Generalem, priorem Tudelanum cum simili potestate. In vicarium Sancti Petri

VIII.1/: f. 6r

3 solent: solem *in orig.*

6 Juañez: Juañez *in ms.*

10 Dominarum sub titulo prioris fratrem Melchiorem Juañez ex eodem
conventu. In vicarium de Panton fratrem Paulum de Salvatierra ex
conventu Sancti Spiritus de Toro. In vicarium de Betanzos fratrem
Petrum de Soto ex conventu de Panton. In vicarium de Bilbao fra-
trem Ioannem de Villafranca ex eodem conventu.

IX. - CREATIONES

5 Creamus et erigimus in prioratum conventus Sancti Thomae et
Sancti Dominici de Soria; cui damus in priorem fratrem Ludovicum
de Alarcon, Praedicatorem Generalem, cum omnibus gratiis et privi-
legiis, quibus gaudent priores in Ordine, ex conventu de Guadalajara.

10 Similiter creamus et erigimus in prioratum conventum Sancti Pe-
tri de la Tarce, unientes illi conventum Sancti Babiles cum omnibus
bonis, iuribus et proventibus pertinentibus ad illum, atque damus in
priorem cum simili potestate fratrem Didacum de Barrientos ex con-
ventu de Tordesillas.

X. - CONFESSORES MONIALIUM

5 Damus in confessores monialium, in conventu Sancti Dominici
Regalis de Madrid fratrem Franciscum Beltran ex eodem conventu;
fratrem Franciscum de Almeyda, ex conventu de Valladolid; fratrem
Franciscum Gonzalez ex conventu de Caleruega.

In conventu Sanctae Catherinae de Madrid fratrem Philippum
de Nava, ex conventu Sancti Dominici Regalis de Madrid.

10 In conventu Sanctae Mariae Matris Dei Toletano fratrem Ioan-
nem Martinez de la Peña, ex conventu Sancti Dominici de Madrid;
fratrem Ioannem de Salvatierra, ex conventu Sanctae Catherinae de
Madrid; in procuratorem fratrem Franciscum de Morales ex con-
ventu Sanctae Mariae Regalis de Medina del Campo.

15 In conventu Sancti Dominici Regalis Toletano fratrem Andream
de Corvella, ex conventu Toletano; fratrem Martinum de Sancto
Millam, ex conventu Matris Dei Toletano; fratrem Franciscum de la
Xara ex /conventu de Carboneras.

20 In conventu Sanctae Mariae Regalis Metinensi fratrem Ioannem
de Ribadeneira, ex conventu Sancti Andreae Metinensi; in confes-
sorem et procuratorem fratrem Thomam de Zamora, ex conventu
de Trianos.

In conventu Sancti Cypriani de Mazote fratrem Gasparum Rodriguez in confessorem et procuratorem, ex conventu Palentino; fratrem Martinum de Illana in confessorem, ex conventu de Huete.

25 In Conventu de Aldeanueva in vicarium fratrem Balthasarum de Leon, ex conventu de Santillana; in confessorem fratrem Ioannem Lopez, ex eodem conventu; fratrem Andream Sanchez ex conventu Salmantino; in procuratorem fratrem Didacum Porcell, ex conventu de Guadalajara; in curam fratrem Didacum de Sancto Petro, ex conventu Abulensi.

30 In conventu Matris Dei de Olmedo in vicarium fratrem Dominicum de Guevara, ex eodem conventu.

In conventu de Belvis in vicarium fratrem Ioannem Roman, ex conventu de Ocaña.

35 In conventu de Villamayor fratrem Didacum de Soto, ex conventu Sancti Thomae de Madrid.

In coventu de Cifuentes in vicarium fratrem Ioannem de Morales, ex conventu de Villaescusa; fratrem Petrum de Sancto Vincentio in confessorem et procuratorem, ex conventu de Logroño.

40 In conventu de Belmonte fratrem Laurentium Gonzalez in confessorem, ex eodem conventu; in procuratorem et confessorem fratrem Matthiam Sanchez, ex eodem conventu; cui damus in vicarium patrem priorem pro tempore de Villaescusa.

45 In conventu de Caleruega in confessorem fratrem Martinum Deza, ex eodem conventu; in confessorem et procuratorem fratrem Ioannem de Aguilera, ex conventu de Atocha; in curam fratrem Benedictum Bernal, ex eodem conventu.

In conventu Sancti Spiritus Benaventano fratrem Antonium Quijano, ex conventu de Tordessillas.

50 In conventu Pietatis Palentino procuratorem fratrem Dominicum Pizarro ex eodem conventu.

In conventu de la Casa de la Reina confessorem fratrem Andream de Aguilar, ex conventu Cruniensi; in procuratorem et confessorem fratrem Martinum de la Sena, ex conventu de Medina.

55 In conventu Sancti Spiritus de Toro in confessorem fratrem Cyprianum de Oviedo ex conventu Sancti Dominici Regalis Tole-tano; in procuratorem fratrem Petrum de Frias ex conventu Sancti Petri Dominarum.

60 In conventu de Quejana in confessorem fratrem Petrum de Quiñones ex conventu de Guadalajara; / in confessorem et procuratorem fratrem Bartholomaeum de Castro, ex conventu de Sancta Martha.

43 Benaventano: Beneventano *in origin. et in ms. R*
54 *l: f. 7r*

- In conventu de Orellana in confessorem fratrem Andream Vaca ex conventu de Tordesillas.
- In conventu Sanctae Catherinae de Ocaña fratrem Michaelem de Astudillo ex conventu de Villaescusa.
- 65 In conventu de Lequeyto in confessorem fratrem Alphonsum Rodriguez, ex conventu Metinensi; in confessorem et procuratorem fratrem Petrum de Esquives, ex conventu de Bilbao.
- In conventu Sanctae Catherinae de Valladolid fratrem Michaelem Ortiz ex conventu de Soria; fratrem Ioannem de Soto, ex conventu Sancti Dominici Regalis Toletano; in procuratorem fratrem Ioannem de los Reyes, ex eodem conventu.
- 70 In conventu Matris Dei de Valladolid fratrem Petrum de Ledesma ex conventu Burgensi; fratrem Guillelmum de Oraño, ex conventu de Pamplona.
- 75 In conventu de la Poenitencia de Valladolid fratrem Ildefonsum de Pravia ex conventu de Ocaña, in procuratorem fratrem Ioannem de Ribera.

XI. - NOMINA DEFUNCTORUM

- In conventu Palentino frater Franciscus Vaca, sacerdos, pater antiquus; frater Didacus de Arcaya, sacerdos.
- 5 In conventu de Segovia frater dominicus Gallardo, sacerdos, pater antiquus; frater Barnabas Diaz, laicus.
- In conventu Zamorensi frater Stephanus Dieguez, sacerdos, pater antiquus; frater Petrus de Herrera, sacerdos, pater antiquus; frater Ildephonsus de Sanctiago, sacerdos, pater antiquus; frater Martinus Ortiz, sacerdos, pater antiquus ; frater Ildefonsus Astete; frater Antonius de Monzon, sacerdos.
- 10 In conventu de Salamanca reverendissimus pater frater Didacus de Chaves, confessor Regis Catholici; frater Bartholomaeus Muñoz, Magister, quondam provincialis; frater Bernardinus de Chaves, sacerdos, pater antiquus; frater Augustinus de Orbaneja, Praedicator Generalis, pater antiquus; frater dominicus de la Magdalena, sacerdos, pater antiquus; frater Andreas de Sancto Petro, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes de Apalloa, sacerdos; frater Didacus de Sahagun, sacerdos; frater Franciscus Montes accolitus; frater Ioannes Felicianus acolitus; frater Hieronymus de Castellanos, laicus; frater Petrus de Barriales, laicus; frater dominicus de Ortega, laicus; frater Thomas de Pereña , laicus; frater Ioannes de Sancta Maria, laicus.
- 15 In conventu Vallisoletano frater Ferdinandus de Castillo, Magister, Praedicator Regius; frater Antonius de Arce, Magister; frater

- 25 Ioannes de Cuellar, sacerdos, pater antiquus, frater Chistophorus de Estrada, Praedicator Generalis, pater antiquus; frater Philippus de / Acosta, sacerdos, pater antiquus; frater Balthasar Lopez, sacerdos, pater antiquus; frater Franciscus Ximenez, sacerdos, pater antiquus; frater Didacus de Leon, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes de Avila, sacerdos, pater antiquus; frater Hieronymus de Almedina, sacerdos, pater antiquus; frater Franciscus Iuañez, sacerdos; frater Christophorus de Vargas, diaconus; frater Antonius del Pozo, subdiaconus; frater Petrus de la Cruz, laicus; frater Martinus Perez, laicus.
- 30 In conventu de Logroño frater Ferdinandus de Angulo, prior coventus; frater Ioannes Lardero, laicus.
- 35 In conventu de Toro frater Franciscus de Sancto Dominico, Praedicator Generalis, pater antiquus; frater Petrus Fernandez, sacerdos; frater Thomas Diez, sacerdos; frater Vincentius de Salas, sacerdos, pater antiquus.
- 40 In conventu de la Vera frater Ioannes de Villatoro, laicus.
- 45 In conventu de Avila frater Rodericus de Salsiola, sacerdos.
- 50 In conventu de Mayorga frater Bartholomaeus de Olmedo, sacerdos, pater antiquus.
- 55 In conventu de Cisneros frater Gregorius de Cardenas, sacerdos, pater antiquus.
- 60 In conventu de Bilbao frater Ioannes de Sancta Maria, sacerdos, pater antiquus.
- 65 In conventu de Rioseco frater Martinus de Hugarte, sacerdos; frater Marcus Assensio, sacerdos; frater Ildefonsus de Verona, subdiaconus.
- 70 In conventu Rupis Franciae frater Matthaeus Hernandez, sacerdos.
- 75 In conventu de Valencia de Don Juan frater Ioannes Rodriguez de Cabanzon, sacerdos, pater antiquus; frater Blasius de Leon, laicus.
- 80 In conventu de Tui frater Laurentius de Sancto Augustino, prior coventus.
- 85 In conventu de Burgos frater Bernanrdus de Lerma, Praesentatus, Praedicator Generalis, pater antiquus; frater Ludovicus de Torres, Praesentatus, pater antiquus; frater Didacus de Villegas, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes de Gadea, sacerdos, pater antiquus; frater Petrus de Montalvan, sacerdos; frater Andreas Perez, sacerdos.
- 90 In conventu Toletano frater Petrus Portocarrero, Magister; Frater Bernardinus de Tapia, sacerdos, pater antiquus, frater Bernardus de Provenzo, sacerdos, pater antiquus; frater Gasparus de Avila, sacerdos, pater antiquus; frater Thomas de Chaves, sacerdos, pater
- 95 frater Ioannes: *om. frater in orig.*

antiquus; frater Michael de Ybarra, sacerdos; frater Martinus Rabe, laicus; frater Michael de Sancto Petro Martyre, laicus.

In conventu de Huete frater ioannes de Valera, laicus.

70 In conventu de Carboneras frater Petrus de Sancto Dominico, sacerdos, pater antiquus.

In conventu de Peñafiel frater Franciscus de Herrera, sacerdos; frater Ioannes de Guzman, sacerdos.

75 In conventu de Victoria frater Ioannes de Victoria, sacerdos, pater antiquus; frater Didacus de Victoria, sacerdos, pater antiquus; frater Martinus Nafarrete, sacerdos, pater antiquus; frater Vincentius Samaniego, sacerdos, pater antiquus, frater Ioannes de Avila, sacerdos; frater Ioannes Perez, laicus; frater Ioannes Fernandez, laicus.

In conventu de Leon frater Didacus de Silva, sacerdos.

80 In conventu de Trianos frater Michael de Ordas, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes de Torres, laicus; frater Ildefonsus de Grimalva, laicus.

/ In conventu de Villaescusa frater Franciscus de Liranzo, sacerdos, pater antiquus.

85 In collegio Complutensi frater Ildefonsus Lozano, Praedicator Generalis, rector collegii, pater antiquus.

In conventu Civitatensi frater Ludovicus Castellanos , Praedicator Generalis, pater antiquus; frater Didacus Fernandez, sacerdos, pater antiquus; frater Petrus Perez, sacerdos, pater antiquus.

90 In conventu de Villada frater Franciscus de Zamora, sacerdos, pater antiquus; frater Franciscus de Villada, sacerdos, pater antiquus; frater Michael de Valbuena, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes de Carrión, sacerdos.

95 In conventu de Montbeltran frater Gregorius de Sancto Petro, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes Pacheco, sacerdos; frater Petrus Morillo, sacerdos.

In conventu de Pamplona frater Michael de Marchalin, sacerdos; frater Franciscus de Cavanillas, sacerdos; frater Sebastianus de Asiaín, acolytus.

In conventu de Sanguesa quidam donatus.

100 In conventu de Soria frater Ildefonsus Montero, sacerdos; frater Sebastianus de Santiago, laicus.

In conventu de Panton frater Petrus de la Cruz, laicus.

105 In conventu de San Pedro de la Tarce, frater Ioannes de Vergara, sacerdos, pater antiquus; frater Andreas Fernandez, sacerdos, pater antiquus.

In conentu Sancti Iuliani frater Ioannes Ruiz, Praedicator Generalis, pater antiquus; frater Ioannes Hernandez, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes de Ezpeleta, sacerdos.

110 In conventu de Aranda frater Gundisalvus de la Presentacion, prior conventus.

In conventu de Medina del Campo frater Antonius de la Piña, sacerdos, pater antiquus; frater Gundisalvus Mayor, sacerdos, pater antiquus; frater Ludovicus de Guzman, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes de Urrutia, sacerdos.

115 In conventu de Guadalajara frater Ioannes de Segovia, Praesentatus, Praedicator Generalis, pater antiquus; frater Gregorius Maldonado, Praedicator Generalis, pater antiquus; frater Petrus de Toledo, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes de Sanctis, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes de Sancto Thoma, laicus; quidam novitius laicus.

120 In conventu de Tordesillas frater Bartholomaeus de Velasco, sacerdos, pater antiquus; frater Matthaeus Roman, sacerdos, pater antiquus; frater Franciscus Saldaña, sacerdos, pater antiquus; frater Iñigus de Vergara, sacerdos, frater Paulus Cortes, sacerdos; frater Ioannes de Sofa, laicus.

In conventu de Tavara frater Ioannes de Alarcon, sacerdos.

125 In conventu de Tudela frater Ioannes de Salinas, sacerdos, pater antiquus.

130 In conventu de Atocha frater Franciscus Bravo, Praedicator Generalis, pater antiquus; frater Illefonsus de Somonte, Praesentatus [pater antiquus].

In conventu de Sancta Martha frater Dominicus de Cuellar, sacerdos, pater antiquus.

135 In conventu de Truxillo frater Ioannes Lopez, Praedicator Generalis, prior conventus, frater Laurentius de Sancto Martino, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes de Villatovas, sacerdos; frater Petrus de Illescas, sacerdos.

140 In conventu de Ocaña, frater Petrus Legizamo, Magiter, prior conventus; frater Petrus de Segovia, sacerdos, pater antiquus; frater Dominicus Lozano, sacerdos, pater antiquus; frater /Gregorius de Torres, sacerdos, pater antiquus.

In conventu de Plasencia frater Martinus Palmeque, Praedicator Generalis, pater antiquus; frater Franciscus Rengifo, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes Lopez, diaconus; duo donati.

111 [pater antiquus]: a. *in orig. et in ms R.*

119 *l:f. 8v*

130 sacerdos: Praedicator Generalis, pater antiquus *in ms. R.*

131-132 In conventu-pater antiquus: *om. in ms. R*

- 145 In conventu de Nieva frater Ildefonsus de Somonte, Praesentatus, prior conventus; frater Michael Sanchez, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes de Avila, sacerdos; frater Ioannes de Guzman, sacerdos.
- 150 In conventu de Galisteo frater Ioannes de Ribera, sacerdos, pater antiquus; frater Iosephus Cerezo, sacerdos; frater Hieronymus de los Reyes, laicus.
- 155 In conventu de Carrion frater Ioannes de Avendaño, sacerdos, pater antiquus.
- 155 In conventu de Merida frater Ildefonsus Guillen, sacerdos; frater Didacus Alonso, sacerdos.
- 160 In conventu Sancti Thomae de Madrid frater Dominicus de Azevedo, Praedicator Generalis, pater antiquus; frater Ferdinandus de San Pedro, sacerdos, pater antiquus; frater Petrus Ruyz, sacerdos, pater antiquus; frater Manuel de Guzman, sacerdos.
- 160 In conventu de Cuenca frater Andreas Gonzalez, sacerdos, pater antiquus.
- In conventu Matris Dei Complutensi fratris Ioannis de Mendoza, laicus.

XII. - SUFFRAGIA PRO VIVIS

Pro Sanctissimo Domino Nostro Domino Clemente Papa Octavo, ac pro felici statu Sanctae Romae Ecclesiae, et pro Ecclesia et Regno Gallaeciae quilibet sacerdos unam missam.

- 5 Pro invictissimo Catholico Rege Nostro Philippo, qui ob eximiam regiam pietatem qua fulget, religionem et provinciam nostram speciali prosequitur amore, nostrumque capituli singulari favore litteris regiis christiana pietate et amore refertis ad nostra observantiae cultum, litterarum studium, augmentumque religionis hortatus amplissimam elemosynam est largitus, et Serenissimo Principe, quem Catholica Maiestas piissimo animo et vere christianum Principem, referente omnium nostris praecibus et totius provinciae orationibus commendari iussit, et simul pro regia prole, quilibet sacerdos unam missam, praeter haec etiam praeces, quas conventibus iniungimus, patribus prioribus stricte praecipimus in dies augeant, et nulla ratione pratermittant.
- 10 Pro Illustrissimo et Reverendissimo Cardinali Toletano, qui ordinem nostrum et provinciam multo amoris affectu et speciali favore prosequitur, et pro Reverendissimo Domino Episcopo Seguntino qui sacrae nostrae religionis unicum est specimen et splendidum decus
- 15 Pro Illustrissimo et Reverendissimo Cardinali Toletano, qui ordinem nostrum et provinciam multo amoris affectu et speciali favore prosequitur, et pro Reverendissimo Domino Episcopo Seguntino qui sacrae nostrae religionis unicum est specimen et splendidum decus
- 20 Pro Illustrissimo et Reverendissimo Cardinali Toletano, qui ordinem nostrum et provinciam multo amoris affectu et speciali favore prosequitur, et pro Reverendissimo Domino Episcopo Seguntino qui sacrae nostrae religionis unicum est specimen et splendidum decus

et pro nostrae religionis unicum est specimen et splendidum decus et pro reverendissimo episcopo Abulensi nostri capituli benefactoribus quilibet sacerdos unam missam.

25 /Pro Dominis Ducibus de Medina Sidonia beneficentissimis nostrae Religionis Patronis huiusque capituli singularibus benefactoribus, atque pro Dominis Comitibus Benaventanis et pro Domino Marchione de Villena et Domina Catherina Laso de Castilla, huius capituli benefactoribus, quilibet conventus unam missam.

30 Pro insigni hac villa de Ocaña eiusque claro admodum Senatu, qui gratissimo animo, nos exemia charitate amplexus multam gratiam et magnificam eleemosynam nobis nostroque capitulo fecit, atque pro cunctis civibus Ocaniensibus nostri Ordinis benefactoribus affectissimis, et pro omnibus benefactoribus affectissimis et pro omnibus benefactoribus nostris quilibet sacerdos unam missam.

XIII. - SUFFRAGIA PRO DEFUNCTIS

Pro fratribus et sororibus nostrae Provinciae defunctis a praecedenti capitulo et pro omnibus aliis benefactoribus defunctis, specialiter pro dominis comitibus Benaventanis, nostri capituli benefactoribus, quilibet sacerdos unam missam.

XIV. - [ULTIMAE DETERMINATIONES]

Concedit pater noster provincialis omnibus fratribus nostrae provinciae, quod alias expositum confessorem, semel tantum eligerem valeant, et ab eodem de praeteritis casibus et censuris, quas usque ad praesentium notitiam incurrerunt, possint absolvi, sicut poterant ab ipsomet provinciali.

5 Mandamus in virtute Spiritus Sancti, sanctae odientia, sub pracepto formali omnibus nostrae provinciae religiosis tam viris quam foeminis, ut his actis imoressis nostrisque nominibus subscriptis et manu ac sigillo nostri patris provincialis firmatis omnem et integrum fidem et obedientiam in omnibus ac per omnia praestent. Et patribus prioribus seu praesidentibus conventuum, ut ea in publico capitulo statim legere faciant atque quater in anno simul cum actis capituli generalis in refectorio.

XII.21 /: f. 9r

23 Benaventanis: Beneventanis *in orig. et in ms R*

XIII.4 Benaventanis: Beneventanis *in orig. et in ms. R*

XIV.1 [ULTIMAE...]: *om. orig. et ms. R*

15 Approbamus omnes sententias omnium iudicum pro omnibus causis datas, et sequens capitulum assignamus in conventu Sanctae Crucis Segoviensi dominica *Deus qui errantibus* anno Domini 1595.

20 Authoritatem nostram reservamus usque in feriam tertiam inclusive, et deinceps eam patri nostro provincialicommittimus. Omnibus autem fratribus nominatis in confessores, procuratores et vicarios monialium / et aliorum conventuum, atque in quaecumque alia officia, praecipimus in virtute Spirius Sancti, sanctae obedientiae sub pracepto formaliter, ut intra mensem a notitia praesentium se praesentent conventibus et monasteriis quibus designantur, ut sua officia exerceant.

25 Et aliis confessoribus seu vicariis monialium, qui modo apud ipsas commorantur atque aliis vicariis, sub eodem pracepto mandamus, ut inde non recedant donec eorum successores praesentes fuerint, et tunc ad conventus, in quibus assignati sunt revertantur intra 30 dies a praesentia suorum successorum. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

30 In quorum fidem`praesentibus subscriptisim. Datum ut supra, etc.

XV. - [SUBSCRIPTIONES NON AUTOGRAPHICAE]

Frater Thomas de Guzman, Prior Provincialis.

Frater Martinus Gutierrez, Diffinitor.

Frater Petrus de Cotreras, Diffinitor.

5 Frater Didacus de Alderete, Diffinitor.

Frater Didacus de Mardones, Diffinitor.

XVI. - [ADDITIO MANUSCRIPTA PATRIS PROVINCIALIS]

Declaramus praceptum fuisse in nostro diffinitorio omnibus nostrae provinciae religiosis sub pracepto ne reciperent numerum missarum ultra quinquaginta neque ulla ratione eis obligarentur, sed incuria typographi tipis non excusum, quare, ne decretis diffinitorii deficiamus, ego frater Thomas de Guzman, sacrae theologiae professor, prior provincialis provinciae Hispaniae Ordinis

17 deinceps: deinceps *in orig.*

18 */: f. 9v*

XV. [SUBSCRIPTIONES...]: *om. orig. et ms. R*

XVI.1 [ADDITIO...]: *om. orig. et ms. R*

2-19 Declaramus-provincialis: *om. ms. R*

- Praedicatorum praecipio in virtute Spiritus Sancti et Sanctae obedientiae sub pracepto formali omnibus nostrae provinciae / religiosis ne recipient eleemosynas missarum ultra quinquaginta neque alia ratione ulla eis obligentur, concedentes quod possint se obligare huic numero, dummodo desuper hunc misarum quinquagenarium non excedant. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. In cuius fide subscrispi. Datis in nostro conventu Sancti Domini de Ocaña. 28 maii. Et quod delatum fuit fratrem Michaelem de Astudillo ex conventu de Villaescusa et loco eius suppositum fratrem Antonium de Grijalva ex conventu de Villalon. Valet. Expositi sunt Praesentati gradu insignes predicatorum frater Andreas de Pedrosa, frater Antonius Navarro in capitulo Vallisoletano; frater Pascharius de Villalva, frater Illefonsus de Avendaño in capitulo Burgensi.
- [subscriptio autographica cum rubrica:] Frater Thomas de Guzman, prior provintialis.

**ACTA DEL CAPÍTULO PROVINCIAL TENIDO
EN SEGOVIA EN 1595****INTRODUCCIÓN**

Dejando aparte los párrafos más o menos comunes a este género de actas, nos vamos a fijar ahora en una sección especial, ya iniciada en el acta anterior (la de 1593) y que adquiere aquí como un estado o carácter de naturaleza. Es la sección VI, titulada *Para las religiosas*, y que está redactada en español. Está dedicada, pues, a las religiosas dominicas, y trata de conformar lo más posible su vida religiosa a la vida religiosa de los frailes dominicos, pues Santo Domingo derramó sobre todos sus hijos e hijas su propio carisma, respetando la diversa condición humana natural entre los hombres y las mujeres. Entre las normas ordinarias de la vida se establece que las prioras tengan en su oficio, como los priores entre los frailes, tres años de duración.

Como lo pide la humildad de la vida religiosa, las monjas deben abandonar la denominación de señoras o doñas; deben denominarse sor, sorores, igualmente que los frailes han dejado la denominación secular de señor o don, conformándose todos igualmente con el sobrenombre de fray. Sólo las prioras y superioras pueden distinguirse con el nombre de madre, como los priores y superiores con el de padre antes de sus nombres propios personales.

Las madres prioras deben cuidar que en sus conventos, incluso las torneras o recaderas, tengan sólo el trato indispensable con los hombres, aunque se pueda ser algo más indulgentes con respecto a los familiares más próximos a cada monja. Un capítulo especial es el referente a las novicias. Deben tener dentro del convento su propio departamento, que será denominado casa de novicias. En esa especie de casa vivirán las novicias con su madre maestra, que se encargará de la disciplina de su vida religiosa y de todo lo referente a su formacion. La vida en dicha casa y bajo la dirección inmediata de su maestra deben permanecer el año de noviciado y los tres primeros años de profesas.

La toma del hábito y de la profesión debe hacerse bajo la presencia del prior del convento de frailes del lugar o del padre vicario de las monjas, si no hubiere convento de frailes en esa localidad. Estos religiosos deben encargarse de leer ante la comunidad de las monjas cuanto antes las actas de los capítulos de la provincia de esa jurisdicción, para conformar su vida en lo posible con las determinaciones capitulares.

[ACTA CAPITULI PROVINCIALIS SEGOVIAE ANNI 1595]

/ Haec sunt acta capituli provincialis in conventu Sanctae Crucis Segoviensis dominica secunda post octavas Paschae 16 aprilis anno Domini 1595. Sub admodum reverendo patre nostro fratre Ioanne de Villafranca, rectore collegii Sancti Gregorii Vallisoletani, provinciali electo ac vicario generali provinciae Hispaniae, Ordinis Praedicatorum. Diffinientibus reverendis patribus nostris fratre Dicado de Contreras, Praesentato, priore eiusdem conventus; fratre Andrea de Casso, Magistro et priore Sanctae Mariae de Trianos; fratre Raphaele de la Torre, Praesentato et priore Sancti Stephani Salmanticensis; fratre Ioanne de Arcediano, Praedicatore Generali et priore Sancti Thomae Abulensis.

I. - ABSOLUTIONES

Absolvimus omnes supprios et vicarios conventuum non habentium priores, exceptis supperiore Sanctae Crucis Segoviensis, quia de omnibus rebus ad hoc capitulum pertinentibus magnam 5 habuit curam, et suppriore Sanctae Matris Dei de Atocha, sancti Dominici de Huete, Sancti Petri de Carrion, Sancti Ginesii Talabreensis, Sancti Dominici de Valentia, Sancti Ildefonsi / Taurensi, Sanctae Mariae de Oviedo, Sancti Dominici de Estella, Sanctae Mariae de 10 Trianos, quia nuper instituti sunt; ideo volumus ut in suis maneat officiis.

Item exceptis suppriore Sancti Stephani Salmanticensis, Sancti Petri Dominarum er Sancti Andreae de Merida, quos propter instantes electiones manere volumus usque ad praesentiam prioris electi et confirmati.

II. - ACCEPTATIONES

Acceptamus conventum Sancti Ildephonsi de Ajo ratumque ac firmum habemus sub titulo prioris.

Item acceptamus conventum Sancti Saturnini in regno Gallaeciae et domum piam Sanctae Mariae Magdalene in oppido de Valladolid.

1 [ACTA...]: *om. R* | 1595 †: *in marg. superiori R*
 2 /: *f. 308r*
 I.6 /: *f. 308v*

III. - EXPOSITIONES

Exponimus ad legendas *Sententias* pro forma et gradu magisterii exclusive in numero Praedicatorum fratrem Sebastianum de Saelices Priorem Palentinum.

- 5 Item exponimus ad legendas *Sententias* pro forma et gradu magisterii exclusive in numero lectorum fratrem Didacum Alvarez ex conventu Vallisoletano, fratrem Antonium de Sotomaior ex conventu Compostellano, fratrem Christophorum de Mendoza ex conventu Segoviensi, fratrem Petrum Mexiam ex eodem conventu.

IV. - CONFIRMATIONES

- Confirmamus antiquum nostrae provinciae morem, praecipientes in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub formali pracepto, ne quis celam alterius ingrediatur quocumque / fratre intus existente. Excipimus cellam prioris de magistri novitorum pro sibi subditis. Licebit autem cellas Magistrorum in Theologia et eorum qui in provincialatus officio functi fuerint ingredi, praeterquam a signo quod fit post completorium usque ad primam sequentis diei.

10 Cellas autem suppriorum ingredientur fratres secundum quod prioribus visum fuerit. Declarantes quod similiter non licet fratribus ingredi cancellos aut portas cellarum.

Item annuntiantes quod fratum assignatorum cellae, quamdiu in eis commorantur post notificationem assignationum, eodem prorsus pracepto continentur, quo cellae aliorum conventionalium. 15 Poetrunt autem patres priores seu praesidentes conventuum dispensare cum sibi subditis, dummodo non sit dispensatio generalis.

Similier confirmamus illud ne prior unius conventus possit eligi in priorem alterius ante biennium expletum sui proratus, et quod neque suppriorum neque lectores possint eligi in conventibus in quibus officia exercet, et, si secus fiat electio sit irrita. El praecipimus omnibus prioribus seu praesidentibus conventuum sub poena absolutionis ab officiis, ne facultatem faciant sibi subditis itinerandi extra dietam, quam declaramus spatium 14 leucarum.

20 Item confirmamus et in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae et sub pracepto formal mandamus ne quis ingrediatur curiam regiam, aut sanctum laurentium del Escurial, dum ibi praesens fuerit Dominus noster Rex absque licentia speciali patris nostri Provincialis.

Item confirmamus quod bona fratrum defunctorum diligenter examinentur et custodianter inventariumque fiat a priore seu praesidente conventus cum aliis duobus fratribus simul, et dividantur / in tres partes earumque tertiam applicent in stipendia missarum pro anima defuncti, quam ex tunc nos applicatam determinamus. De reliquis vero reddant rationem praesidentes, sicut de aliis bonis conventus. Declarantes quod bona fratrum defunctorum vocamus omnia illa quae non pertinent ad eius vestuarium, quae dividenda sunt, sicut praedictum est in tres partes. Nec licebit prioribus nec praesidentibus quaterniones theologiae vel sermonum vel alia bona, quae non sunt ipsius defuncti vestes sibi vel aliis applicare, et statuentes quod si defunctus fuerit prior vel praeses conventus aut domus fiat pro eo suffragia ac si ibidem esset assignatus.

Patri nostro provinciali commendamus diligenter curet examinare causas ob quas licentias concedit fratribus eundi extra conventus sive in proprias patrias sive alias, ad quod iuxta negotiorum et causarum necessitatem tempus lecentiarum metiatur. Ita ut vietentur discursus fratrum et nullus apud saeculares longo tempore commoretur, prohibentes sub poena gravioris culpae per quindecim dies ne fratres in oppidis, ubi fuerint conventus Ordinis aut eorum suburbanis audeant pernoctare.

Item, confirmando, mandamus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub formali pracepto, quod nullus audeat monasteria monialium, nisi cum expressa sui praelati licentia, pro qualibet vice; declarantes quod nomine monialium intelligimus etiam monasteria religiosarum, quas vocamus beatas.

Similiter confirmamus ut in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae et sub pracepto formali mandamus omnibus fratribus, ne quis de electione prioris provincialis verbo vel scripto agat donec litterae convocatoriae sed provincialem eligendum publicentur in provincia prout moris est. Denuntiantes praceptum hoc latum fuisse a reverendissimo patre nostro / Generali pro omnibus nostrae provinciae fratribus tam povinciali quam subditis.

Item confirmamus et de novo ordinamus quod nullus fratrum possit eligi in priorem ante quadragesimum annum aetatis suae, et vigesimum sui habitus, quod, si secus factum fuerit, electio et confirmatio sit irrita et inanis, neque in suppriorem instituatur ante trigesimum quartum annum aetatis suae et decimum sextum sui

30 /: f. 309v

31 stipendia; extipendia R

40 alias: allio R

53 /: f. 310r

70 habitus. Si autem in hoc capitulo aliqui instituti sunt contra huius ordinationis tenorem, institutiones huiusmodi revocamus et annulamus; patri autem nostro provinciali rogamus ut ordinationem istam omnino servari faciat sine aliqua dispensatione.

75 Item confirmamus sub poena ieiunii in pane et aqua per quatuor dies super nudam terram et totidem disciplinarum, quod nullus religiosus repraesentationibus aut comediiis saeculrium intersit, nisi in praesentia episcoporum aut in insignibus collegiis, monasteriis religiosorum aut capitulis ecclesiarum. Prior autem teneatur hanc poenam in transgressores exequi sub poena suspensionis ab officio per duos menses.

80 Nullus autem prior permittat comedias in conventibus, in quibus feminae personatus agentes inducuntur, sub poena absolutionis ab officio; nec etiam religiosus suorum conventuum repraesentare aut comediaas agere in vestitu saeculairi et prophano, quamcumlibet secreto et nocturno fiant tempore, et clausis domibus.

85 Nulli etiam religiosorum liceat taurorum agitationi adesse aut ad cartas ludere sub poena gravioris culpae per quindecim dies, quam prior aut praeses conventus teneantur exequi sub poena suspensionis ab officio per mensem.

90 /Confirmamus item illud quod alias saepe cautum est, ne quis apud saeculares aut apud alterum pecunias aut alia bona habeat.

95 Confirmamus etiam in domos novitiorum pro eorum educatione omnes conventus, qui in capitulo Burgensi designati sunt et de novo designamus: conventus Sancti Dominici de Ciudad Rodrigo, Sancti Dominici de Caceres et Sancti Antonini de Yepes. Quibus facultatem damus ut novicios ad habitum recipere et eos educare possint.

100 Item confirmamus quod ordinationes factae in visitacionibus, tam in domibus fratrum quam sororum et monialium, vim suam omnino habeant usque ad publicationem aliarum ordinationum, non solum prout sunt ordinationes, verum etiam prout praecepta vel alias sub poena sub poenis mandata, ac proinde mandamus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub pracepto formaliter eademque praedicta sub pracepto constituta sunt; praecipientes ac denuo ordinantes quod acta capituli provincialis suam vim obtineant et perseverent in conventibus usquedum acta subsequentis capituli in conventibus ipsis publicata fuerint.

V. - ORDINATIONES

5 Ordinamus et in virtute Spiritu Sancti et sanctae obedientiae sub formali praecepto mandamus quod nulli fratrum liceat, cum efreditur ob quamcumque causam (etiam assignationis), libros aut aliam supellectilem apud saeculares deponere per modum custodiae et depositi.

10 Similiter ordinamus quod nulus studentium studia sua intermitat ante tres annos completos artium et tres integros theologiae absque illo quod vocant cursillo. Integros autem dicimus a festo Sanctae Crucis ad festum Pentechotes. Quod, si quis minus theologiam audierit, aut saltim per tres integros annos casus conscientiae, inhabilis sit ad audientiam confessionum et Evangelii praedicationem. Volentes quod studentes artium per tres integros annos illis vacent. Licebit autem illis in tertio anno a festo Resurrectionis unam 15 Theologiae lectionem audire.

Declaramus et ordinamus quod in studiis, ubi fuerunt patres Magistri in Sacra Theologia, sint in eo ipso regentes studiorum. Quod, si duo fuerint, antiquior exercebit officium regentis, et eo absente aliis.

20 Item ordinamus quod liber, in quo scribitur ratio missarum, maneat in deposito communi et nusquam in cella prioris, supprioris aut praesidentis, atque ibi fiat ratio e computatio missarum iuxta numerum eleemosynarum.

25 Item ordinamus quod in singulis conventibus per singulos dies habeatur casus conscientiae secundum antiquum nostrae provinciae morem, praetequam in diebus adventus et quadragesimae, quem nulla ratione praetermittent patres priores sub paenaa absolutionis ab officio.

Item ordinamus quod nullus possit recipere eleemosynas missarum ultra quinquaginta et hoc de licentia sui praelatus.

30 Item ordinamus quod quandcumque fratres assignati, etiam si ad voluntatem prioris assignentur ad conventus ad quos assignantur, acceserint, teneatur prior eos domi retinere, etiam si non recipiat assignationes, usquequo prior ipse ad patrem provincialem mittat et ab eo responsum accipiat, et nulla ratione eos ad patrem provincialem remittat sub poena absolutionis a suo officio, ne sub hoc praetextu fratres vagari contingat; declarantes quod assignationes debent intimari intra duos menses a suis datis; alias non valeant.

35 / Item ordinamus, et sub poena absolutionis mandamus omnibus supprioribus quos in sede vacante aut alias in absentia prioris nullos faciant sumptus extraordinarios aut notabiles, quod, si fecerint,

V.8 /: f. 311r
33 /: f. 311v

curabunt patres priores cautum facere patrem nostrum provincialem, ut eos ab officiis amoveat.

Item ordinamus quod teneantur patres priores in singulis conventibus unum aut alterum designare examinatorem, qui sub pracepto ab ipsis imponendo teneatur quemlibet sacris initiatum antequam sacra celebret examinare et approbare, et sine illius approbatione sacri ordinis, ad quem assumptus est, exercitium non subeat.

Item ordinamus quod confessores teneantur servare tenorem licentiarum et facultatem ab ordine concessarum iuxta limitationes in ipsis expressas, etiam si alias ab episcopo approbati fuerint sine ulla limitatione, quod si quis contrarium fecerit ipso facto sit suspensus ab officio confessoris.

Item, quia experientia docet quam plurima inconvenientia oriri ex eo quod tantus sit numerus praedicatorum titularium pro omnibus nostrae provinciae conventibus, ordinamus ad petitionem gravissimorum eiusdem provintiae virorum quod numerus iste titularium praedicatorum reformatetur. Quare praecipimus et inviolabiliter servari volumus quod in nullo conventu, nisi tantum in conventibus infra signatis sint praedicatores titulares, videlicet in conventu Segoviensi, Palentino, Zamorensi, Compostellano, Pamplonensi, Legionensi, Burgensi, Civitatensi, Toletano, Salmantino, Valisoletano, Taurensi, Placentino, Abulensi, Metinensi, Rivi Sici, de Atocha, Sancti Thomae de Madrid, Complutensi, de Guadaluja, Conquensi, Talabrigensi, de Trugillo, de Caceres, de la Coruña, Ovetensi, Victoriensi, Sancti Sebastiani, / Lucrunensi, de Ocaña, Soriano, Benaventano, de Aranda, Meritensi et Asturicensi.

Volumus autem et mandamus quod praedicti praedicatores titulares, praeterquam in adventu et quadragesima, dispensationibus utantur ad arbitrium sui prioris, et, si in reliquis conventibus hic non signatis praedicatores titulares instituti sunt tam in hoc capitulo quam antea, eorum institutiones revocamus et annullamus.

Item ordinamus et mandamus quod tam priores seu praesidentes conventuum quam [alii] non possint apud se retinere quascumque pecunias ad conventus quomodocumque pertinentes, amplius quam per tres dies naturales, quibus etiam praecipimus ne suis subditis licentias concedant retinendi apud se pecunias, neque ipsi priores vel praesidentes conventuum apud se retineant, sed omnes fratrum et praelatorum pecuniae sint repositae in communi deposito. Qui autem apud se pecunias contra tenorem huius ordinationis retinuerit

56

/: f. 312r

65

[alii]: om. R

eum proprietarii crimen incurrisse declaramus et quascumque licentias in contrarium concessas revocamus et annullamus.

Item ordinamus et mandamus omnibus supprioribus sub poena absolutionis ab officiis ut intra octo dies, postquam confirmatio prioris sui conventus ad manus eius pervenerit, mittat illam ad priorem electum, cui etiam notificanda sit intra alios octo dies postquam pervenerit ad conventus eiusdem prioris electi, cui autem intra eosdem dies notificata non fuerit, confirmatio illa sit nulla.

Item ordinamus et mandamus quod nullus novitius ad professionem faciendam admittatur, nisi competenter sciat cantare cantum Ordinis.

Item ordinamus quod pecuniae, quae praedicatoribus dantur in eleemosynam vel stipendum sermonum, non ipsis praedicatoribus sed conventibus applicentur. Quas praesenti ordinatione ex nunc / pro tunc applicamus.

Item, ut ambitionibus et negotiis obtemperemus, ordinamus et mandamus quod nullus possit eligi in socium capituli provincialis bis consequenter, nec pro eodem conventu nec pro alio ad duo immediata capitula, neque ante trigesimum aetatis suae annum quartum; quod, si secus factum fuerit, totum sit irritum et innane. Patribus autem prioribus stricte mandamus ut nullo modo se intromittant in electionem socii capituli provincialis sui conventus, sub poena absolutionis ab officio.

Ordinamus etiam quod tantum patres Magistri in Theologia vel priores et non alii cubicularios habere possint iuvenes ex novitiorum domo. Quod, si alii eos habuerint ex nunc pro tunc illos amovemus. Quod praecipimus ut distractiones et discursus iuvenum per conventum caveantur.

Ordinamus etiam quod nullus ad sacrum ordinem sacerdotii promoveatur, nisi sit theologus, et aliter quod duas theoloiae lectiones audiat. Nullus autem artium studens ad dictum sacerdodium promoveatur.

Item ordinamus et mandamus omnibus patribus prioribus seu praesidentibus nostrorum conventuum quod nemini qui competentes habeat vestes vestuarium tribuant quomodocumque et undecumque illas habeant, etiam si assignati egrediantur a suis conventibus.

Item ordinamus et mandamus omnibus patribus prioribus seu praesidentibus nostrorum conventuum, ut de omnibus miraculis

82 */: f. 312v*

103 locis: locis *R*

106 */: f. 313r*

117 patrum: patrum *R*

gloriose a Sancto Patre nostro Iacinto operatis in suis conventibus vel locis testimonium fidedignum in iudicio ad nostrum patrem provinciale mittant, ut in libro vitae suae scribantur.

125 Item ordinamus quod in nostris conventibus non admittantur studentes saeculares qui vocantur pasantes, nec illi qui iustitiam ob delicta fugientes in / domibus nostris se volunt occultare, nisi tantum per tres dies.

130 Item ordinamus quod religiosi qui aliquas licentias, privilegia vel gratias habuerint a reverendissimo patre nostro Generali vel a patre nostro Provinciali concessas, teneatur illas priori suo vel praesidenti conventus manifestare antequam illis utantur, et, si contrarium quis fecerit, puniatur ac si illas non haberet.

135 Ordinamus etiam et mandamus quod, quando aliquis fuerit electus in priorem alicuius conventus, in conventu illo, ubi talis electio erat prior non possit eligi ille prior per cuius discessum alias fuit electus; quod vulgari sermone dicitur trocar. Et, si secus factum fuerit, elecio sit nulla, quam praesenti ordinatione ex nunc pro tunc irritam esse decernimus.

140 Item ordinamus ex omnium patrum magistrorum consilio et sensu, quod duo filii unius conventus non possint immediate et successive eligi in priores eiusdem conventus, praeterquam, si ambo filii sint illius conventus in quo fit electio.

145 Rogamus autem et obnixe obsecramus admodum reverendum patrem nostrum provinciale, ut, quam citius fieri possit, pertractet cum Reverendissimo patre nostro Generali, et si opus fuerit cum illustrissimo ac reverendissimo cardinali Alexandrino, totius nostri Ordines Procuratore, quatenus prorrogationes prioratum nulla ratione in posterum concedantur, quoniam hoc cedit in maximum detrimentum et dedecus nostrarae religionis et observantiae.

VI. - PARA LAS RELIGIOSAS

Para mayor observancia de nuestra religión, ordenamos para todos los monasterios de religiosas monjas y beatas que las prioras, que se hubieren elegido desde el capítulo de Ocaña hasta éste, y las 5 que se eligieren de aquí adelante, no duren en el oficio más de tres años; el cual se acabe cumplido el tercer año, y luego las religiosas procedan / a elegir otra priora.

Y para mayor resplandor de la humildad mandamos a las religiosas huyan del lenguaje seglar, y así no se llamen señoras ni

10 donas, sino madres o sorores, y con estas palabras las hablen todas en nuestra profesión.

15 A las madres prioras mandamos so pena de absolución de sus oficios que no admitan en sus iglesias comedias ni representaciones de seglares; ni den licencia para que las religiosas las representen con vestido de seglares ni con hábito profano, aunque sea con mucho secreto, de noche y cerrado el monasterio.

20 Y para que con mayor fervor de caridad, libres de ocupaciones seculares, se empleen en el amor Divino de su Esposo, mandamos a las madres prioras, so pena de absolución de su oficio, y a las torno-
25 neras y recaderas, so pena de privación de voz activa y pasiva, y a
privación de velo por cuatro meses, que por ningún caso admitan pláticas ni tratos de hombres de qualesquier estado, condición o
30 calidad que sean, así seglares como religiosos o clérigos de la ma-
nera que llaman devociones. Solamente den lugar a hablar con los
que las tocaren en tercero grado de consanguinidad o afinidad, y eso
no con mucha frecuencia, que para solas estas personas queremos
que tengan las madres prioras autoridad para dar licencia, y a las
35 demás no podrán dar licencia, si no fuere habiéndola de el padre
prior y vicario que fuere de dicho convento en los pueblos donde no
hubiere convento de la Orden.

Pero declaramos que cuando viniere alguna gente forastera de parte de sus deudos a visitar alguna religiosa o a traerle algún recado o carta suya, o alguna persona grave a tratar algún negocio, podrá la madre priora dar licencia para que hablen las tales personas a la grada, a las religiosas que vienen a visitar. Pero lo que tocare a hablar con fraile de nuestra religión, queremos que sea guardando las actas de nuestros capítulos y las ordenaciones de las visitas que / hubiere en los monasterios y en los conventos.

40 De la misma manera mandamos a las prioras de nuestros monas-
terios de beatas donde hay seglares recogidas, que guarden el recogimiento de las personas seglares, y no les den más licencia para hablar ni de otra manera.

45 A las madres prioras encargamos mucho la conciencia que guar-
den la santa instrucción de nuestra sagrada religión en la crianza
de las novicias, teniendo mucho cuidado que se crien en casa de
novicias, aparte del convento, so la disciplina de la madre maestra
de novicias, a la qual toque particularmente enseñarlas todo lo que
tocare a la religión y a nuestras ceremonias y al tratamiento y culto

24 fuere: *p. c. R*

31 /: *f. 314r*

34 hay: *ai R*

37 teniendo: *tiniendo p. c. R*

50 de sus personas, sin que aya persona ninguna fuera de ella, que se meta en la crianza y disciplina de las novicias.

Y ordenamos que las novicias estén dentro de la casa y so la mano de la madre de novicias tres años después de profesas, y antes de cumplirlos queremos que en ningún caso salgan de la obediencia de la madre maestra de novicias ni de la casa, mandando a las madres prioras, so pena de absolución de su oficio, que hagan guardar todo lo que en esto ordenamos con mucho cuidado.

60 Item, para que el hábito y la profesión se dé a las novicias con el orden y autoridad y deecencia que conviene, ordenamos y mandamos que a ninguna novicia se dé el hábito o la profesión sin que se halle presente a ella el padre prior o presidente de el convento nuestro, que hubiere en el tal lugar, o el vicario de el dicho convento de monjas, si no hubiese convento de frailes de la Orden.

65 Y porque la religiosas no pretendan ignorancia de estas cosas, y por ello falten en su observancia, mandamos a los padres priores y a los vicarios de nuestros conventos de religiosas, que dentro de un dia o dos que recibieren nuestras actas las lean a las religiosas de los monasterios, que están en sus pueblos, o en su jurisdicción.

VII. - / INSTITUTIONES

In vicarium regni Gallaetiae damus patrem fratrem Sebastianum de Guzman, Praesentatum et priorem Compostellatum cum ea potestate qua solent huiusmodi vicarii gaudere.

5 In vicarium de Betanzos fratrem Ferdinandum Alvarez ex conventu Compostellano.

In vicarium de Panton fratrem Petrum Melio ex conventu de la Coruña.

10 In vicarium de Bilbao fratrem Gasparem de Palencia, Praedicator Generalis, ex conventu Placentino.

In vicarium de Aldea Nueva fratrem Petrum de Salcedo ex conventu Abulensi.

In vicarium de Olmedo fratrem Petrum de los Reyes ex conventu de San Sebastián.

15 In vicarium de Belvis fratrem Dominicum de Salinas ex conventu de Medina del Campo.

In vicarium Sancti Ildephonsi de Ajo sub titulo prioris fratrem Didacum de Torralba ex eodem conventu.

VIII. - CONFESSORES MONIALIUM

- Assignamus ad audiendas cofessiones monialium in conventu de Orellana fratrem Nicolaum de Villalobos ex conventu de Cifuentes.
- 5 In conventu de la Casa de la Reina in confessorem fratrem Antonium de Grijalda, Praedicatorem Generalem, ex conventu de San Cebrian; in procuratorem et confessorem fratrem Ioannem Maria ex eodem conventu
- 10 In conventu de Benavente in procuratorem et confessorem fratrem Ferdinandum de Luxans ex conventu de Toledo; in confessorem fratrem Ioannem Lopez ex conventu de Aldeanueva.
- In conventu Sanctae Mariae Dominarum de Medina in confessorem fratrem Hieronymum de Camargo ex conventu de Medina; in procuratorem et confessorem fratrem Ioannem de Argumanea ex conventu Salamantino.
- 15 In conventu de San Cebrian in procuratorem et confessorem fratrem Antonium Giton ex conventu Civitatis; in confessorem fratrem Antonium de Daza ex conventu de Cisneros.
- In conventu de Caleruega in procuratorem et confessorem fratrem Matthiam Sanchez ex conventu de Medina del Campo; in confessorem fratrem Bartholomaeum de Salcedo ex eodem conventu; in parrochum fratrem Benedictum Bernal ex eodem conventu.
- 20 In conventu de Belmonte / in procuratorem et confessorem fratrem Gabrielem Serrano ex conventu de Merida; in confessorem fratrem Franciscum de Cespedes ex eodem conventu.
- 25 In conventu de Aldeanueva in confessores fratrem Ludovicum de la Ascension, Praedicator Generalis, ex conventu Taurensi; fratrem Ioannem de los Reyes ex conventu Abulensi; in procuratorem fratrem Iordanum Gomez ex conventu de Rojas; in parrochum fratrem Gregorium de Prado, Praedicator Generalis.
- 30 In conventu de Villamayor in confessorem fratrem Ildephonsum Maldonado ex conventu de Caleruega.
- In conventu de Ocaña fratrem Martinum de Illana ex eodem conventu.
- 35 In conventu de Cifuentes in vicarium et confessorem fratrem Ioannem de Palencia ex conventu de Saelices in confessorem fratrem Ioannem de Palencia ex conventu de Saelices; in confessorem fratrem Simonem de el Spiritu Sancto ex conventu salmantino.
- 40 In conventu Matris Dei Toletani in confessores fratrem Philippum de Nava ex conventu Sanctae Catharinae de Madrid; fratrem Ferdinandum de Varahona ex eodem conventu.

VIII.20 : f. 315r
33 Saelices: Saellices R

In conventu Sancti Dominici Regalis de Toledo in confessores fratrem Gabrielem de la Peña ex eodem conventu; fratrem Franciscum Beltran ex conventu Sancti Dominici Regais de Madrid; fratrem Antonium de Aguilar ex conventu de Toro; in procuratorem fratrem Ildephonsum de la Cruz ex eodem conventu.

45 In conventu Sanctae Catharinae de Madrid in confessorem fratrem Didacum Menaez ex conventu de Villada.

50 In conventu Sancti Dominici Regalis de Madrid in confessores fratrem Ludovicum de Rojas, Praedicatorem Generalem, ex conventu de Atocha; fratrem Ioannem de mondragon ex conventu Segoviensi, et fratrem Ioannem de Salazar ex conventu de Palencia, in procuratorem fratrem Bernardum Gutierrez ex eodem conventu.

55 In conventu de Palencia in procuratorem fratrem Hieronymum Velazquez ex conventu de Peñafiel.

In conventu de Quejana in procuratorem et confessorem fratrem Ioannem de Cavezon ex eodem conventu; / in confessorem fratrem Ioannem Lopez ex conventu de Atocha.

60 In conventu Sancti Spiritus de Toro in confessorem fratrem Iosephum de Sena ex conventu de Alcala; in procuratorem et confessorem fratrem Ludovicum Fernandez ex conventu de la Vera.

In conventu de Lequeitio in confessorem fratrem Petrum de Cartagena ex conventu de Bilbao; in procuratorem et confessorem fratrem Bartholomaeum Rodriguez ex conventu de Aldeanueva.

65 In conventu Sancti Philippi de Valladolid in confessorem fratrem Paschasiun Cano ex eodem conventu; in procuratorem et confessorem fratrem Ioannem de Rivera es eodem conventu.

In conventu de Hermua in confessorem fratrem Ioannem de la Cruz ex conventu de San Sebastian.

IX. - NOMINA DEFUNCTORUM

Ex conventu Segoviensi frater Matthaeus Osorio, sacerdos et pater antiquus et quondam prior eiusdem conventus.

5 Ex conventi Sancti Stephani Salmanticensis frater Bernardinus de Toledo, Praesentatus et pater antiquus; frater Petrus de victoria, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Arcediano, sacerdos et pater antiquus; frater Sebastianus de Aylon, Praedicator Generalis et pater antiquus; frater Hippolytus de Concha, acolitus; frater Petrus de Honcala, laicus.

52 Quejana: Quijana *R*

53 *l: f. 315v*

- 10 Ex conventu Sancti Petri Martyris Toletani frater Ioannes de Lorenzana, Praesentatus et pater antiquus, frater Ioannes Manuel, Praedicator Generalis, frater Ildephonsus de Silva, laicus, et quidam novitius, laicus.
- 15 Ex conventu de Toro frater Rodericus de Morales, sacerdos et pater antiquus; frater Michael de los Angeles, sacerdos et pater antiquus.
- 20 Ex conventu Sancti Pauli Vallisoletani frater Vincentius Lopez, Praedicator Generalis et pater antiquus; frater Ioannes de Cosio, Praedicatr Generalis et pater antiquus; frater Franciscus Martinez, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Sancta Maria, sacerdos; frater Iacintus de Mola, acolitus; / frater Ludovicus Perez, laicus. Ex conventu de Nieva frater Franciscus de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus.
- 25 Ex conventu Abulensi frater Didacus de Sancta cruz, sacerdos et pater antiquus; frater Ildephonsus Cornejo, sacerdos; frater Petrus Fernandez, laicus.
- 30 Ex conventu de Villalpando frater Dominicus Manuel, sacerdos et pater antiquus.
- 35 Ex conventu de Benavente frater Franciscus de Ocaña, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Angulo, sacerdos et pater antiquus.
- 40 Ex conventu de Saelices frater Andreas de Sancto Ioanne, sacerdos et pater antiquus.
- 45 Ex conventu de Mayorga frater Thomas de Peña Alva, sacerdos et pater antiquus et prior eiusdem conventus; frater Nicolaus Vicente, sacerdos.
- 50 Ex conventu de Oviedo frater Lucas de Sancto Dominico, sacerdos. Ex conventu de Lugo quidam donatus.
- Ex conventu de Carrion frater Ludovicus Quintero, sacerdos et pater antiquus; frater Hieronymus Diaz, sacerdos.
- Ex conventu de Mombeltran frater Thomas Gonzalez, laicus, frater Ferdinandus Gutierrez, laicus.
- Ex conventu de Zamora frater Hieronymus Rodriguez, sacerdos et pater antiquus, frater Dominicus de la Higuera, sacerdos et pater antiquus; frater Martinus Lozano, sacerdos et pater antiquus et Praedicator Generalis; frater Thomas Rodriguez, sacerdos et pater antiquus; frater Barnabas Perez, sacerdos; frater Martinus Fernandez, sacerdos; frater Thomas Gonzalez, laicus; frater Dominicus de Sanctis, laicus.
- Ex conventu de Aranda frater Ioannes de Miranda, laicus.
- Ex conventu de Rivadavia frater Claudio Garzon, sacerdos.

- Ex conventu de Trianos frater Petrus de Pedrosa, sacerdos et pater antiquus; frater Petus de Betoño, diaconus; / frater Urbanus Melendro, diaconus, frater Michael de Ortugaña, diaconus; frater Thomas de Castro, acolitus; frater Andreas de Prada, acolitus.
- 55 Ex convent de Burgos frater Nicolaus de Gamarra, sacerdos et pate antiquus; frater Chistophorus de Curita, sacerdos; frater Domunicus de Celaya, laicus, frater Garcias de Sancto Dominico, laicus.
- Ex conventu de Logroño frater Ioannes de Segovia, Praedicator Generalis et pater antiquus et prior eiusdem conventus, frater Petrus de Orihuela, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus de Torres, sacerdos et pater antiquus; frater Bernardinus Vazquez, sacerdos et pater antiquus, frater Martinus de Sena, sacerdos et pater antiquus; frater Ildephonsus Rodriguez de Cisneros, sacerdos, frater Andreas de Salinas, diaconus.
- 60 65 Ex collegio Divi Gregorii frater Garcias de Mondragon, Praesentatus, sacerdos et pater antiquus.
- Ex conventu de Pamplona frater Michael de Urrutia, subdiaconus; frater Sebastianus de Varasategui, laicus.
- 70 75 Ex conventu de Trujillo frater Franciscus de Vargas, sacerdos et pater anriquus; frater Ioannes de Villalva, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Valderrama, sacerdos; frater Ildephonsus Añaña, sacerdos; frater Gabriel Arria, laicus, et quidam novitius, laicus.
- Ex conventu Placentino frater Ioannes de Moraga, sacerdos et pater antiquus et Praedicator Generalis.
- 80 85 Ex conventu Rupis Franciae frater Ioannes de Salvatierra, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Martinez de la Peña, sacerdos et pater antiquus.
- Ex conventu de Sancta Martha frater Hieronymus de Azpeitia, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus de Torres, sacerdos et pater antiquus.
- Ex conventu de Piedrahita frater Martinus Zamudio, sacerdos et /pater antiquus; frater Ioannes de Roble, sacerdos et pater antiquus; frater Dominicus Barba, laicus.
- 90 95 Ex conventu Sanctae Catherinae de la Vera frater Ioannes de Villatovo, laicus.
- Ex conventu de Ocaña frater Bernardus Pantoja, sacerdos et pater antiquus.
- Ex conventu de Villada frater Gregorius de Herrera, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Zaballos, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Cisneros, sacerdos; frater Dominicus Martinez, laicus.

- Ex conventu de Medina del Campo frater Didacus Jimenez, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus Dazorate, diaconus.
- 95 Ex conventu de Palencia frater Patrus de Becerril, sacerdos et pater antiquus.
Ex conventu de Astorga frater Ferdinandus de la Seca, sacerdos et pater antiquus.
- 100 Ex conventu de Guadalajara frater Thomas Galiano, sacerdos et pater antiquus.
Ex conventu de Talavera frater Gundisalvus Guerrero, sacerdos.
Ex conventu de Merida frater Dominicus Durando, laicus.
Ex conventu de Iepes frater Didacus de Panza, sacerdos et pater antiquus.
- 105 Ex conventu de Valencia frater Michael de Robles, sacerdos et pater antiquus; frater Bartholomaeus de Robles, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de los Angeles, sacerdos et pater antiquus.
Ex conventu de San Sebastian frater Antonius de Gamiz, sacerdos et pater antiquus centum et octo annorum; frater Petrus de Soto, sacerdos et pater antiquus, et frater Ioannes de Esquioz, sacerdos et pater antiquus.
- 110 Ex conventu de Hita frater Petrus de Vayejo, sacerdos et pater antiquus, frater Franciscus Fernandez, Praedicator Generalis et pater antiquus; frater Ioannes Juañez, sacerdos et pater antiquus.
- 115 Ex conventu de Victoria frater Petrus de Nafarrate, sacerdos et pater antiquus; frater Martinus de Victoria, sacerdos et pater antiquus; frater Matthaeus Fernandez, laicus.
Ex conventu de Leon frater Bartholomaeus Lopez, sacerdos.
- 120 Ex conventu Sancti Petri Dominarum frater Melchior / Juarez, prior eiusdem conventus; frater Petrus de Frias, sacerdos et pater antiquus.

X. - SUFFRAGIA PRO VIVIS

Pro Sanctissimo Domino nostro Clemente Papa VIII ac pro felici statu Sanctae Romanae Sedis det pro Eclesia et regno Galliae quilibet sacerdos unam missam.

- 5 Pro invictissimo Catholico Rege nostro Philippo, qui ob eximiam regiam pietatem, qua fulget religionem et provinciam nostram speciali prosequitur amore nostrumque capitulum singulari fervore litteris regis christiana pietate et amore refertis ad nostrae observantiae cultum et religionis augmentum hortatus amplissimam ellemosynam est

99 Matthaeus: Matheus *R*
102 /: f. 317v

10 largitus, et pro serenissimo principe cum prole regia quilibet sacerdos
unam missam, praeter quotidianas praeces, quas in singulis conventi-
bus fieri omnino mandamus.

15 Pro reverendissimis archiepiscopo Burgensi, episcopo Segovien-
si, Seguntino, Legionensi, Ovetensi, Pampilonensi, Abulensi, nostri
capituli benefactoribus et pro episcopo Cauriensi, qui magnam ele-
mosynam nosro capitulo largitus est et conventus nostri Sancti Do-
minici de Caceres est continuus benefactor, quilibet sacerdos unam
missam.

20 Pro illustrissimo comité Benaventano, qui pro suae insigni
magnificentia et solita in nos liberalitate amoreque quo nostram
provinciam prosequitur copiosam contulit eleemosynam praesenti
capitulo, et pro illustrissima comitissa Benaventana cum prole sua,
cum illustrissimis ducibus de el Infantado, de Alburquerque, et pro
dominis Marchionibus de Villena, de Moya, marchionissa de Alca-
25 ñizas, marchionissa de Miravel, domino Didaco de Tapia, Domino
Francisco de Reinoso eiusdem capituli benefactoribus, quilibet con-
ventus unam missam.

30 Pro insigni hac civitate Segoviensi atque claro / admodum sena-
tu et pro capitulo Ecclesiae ipsius et pro generosis ac egregiis viris
et pro omnibus civibus eiusdem civitatis, qui gratissimo animo nos
eximia chrraritate sunt amplexati, et magnis beneficiis prosecuti qui-
libet sacerdos unam missam.

XI. - SUFFRAGIA PRO MORTUIS

Pro fratribus et sororibus nostrae provinciae defunctis a pree-
cedenti capitulo et pro omnibus aliis benefactoribus defunctis,
specialiter dominis comitibus Benaventanis nostri capituli benefac-
5 toribus, quilibet sacerdos unam missam.

XII. - [ULTIMAE DETERMINATIONES]

Concedit pater noster Vicarius Generalis, lectus prior Provin-
tialis, omnibus fratribus nostrae provinciae quod alias expositum
confessorem semel tantum eligere valeant et ab eodem de pree-
5 teritis casibus et censuris, quas usque ad praesentium notitiam

X.21 dominis: domibus *R*

25 */: f. 318r*

XI.4 Benaventanis: Beneventanis *R*

XII.1 [ULTIMAE...]: *om. R*

incurrerunt, possint absolvit sicut poterant ab ipsomet patre Vicario Generali.

Mandamus in virtute Spiritu Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto formalis omnibus nostrae provinciae religiosis tam viris quam feminis, ut his actis impressis nostrisque nominibus subscriptis et manu ac sigillo nostri patris Vicarii Generalis firmatis omnem et integrum fidem et obedientiam in omnibus ac per omnia praesent, ut patribus prioribus seu praesidentibus conventuum, et ea in publico capitulo statim lerege faciant, atque quater in anno simul cum actis capituli generalis in refectorio.

Approbamus sententias iudicium pro omnibus causis datas, et sequens capitulum de electione assignamus in conventu Sancti Petri Martyris Toletani dominica *Deus qui errantibus* anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono.

Auctoritatem nostram reservamus usque in feriam tertiam inclusive et deinceps eam patri nostro Vicario Generali committimus, omnibus autem fratribus nominatis in confessores, procuratores et / vicarios monialium et aliorum conventuum, atque quaecumque alia officia praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto formalis, ut intra mensem a notitia praesentium se praesentem conventibus et monasteriis, quibus designantur, ut sua officia exerceant, et aliis confessoribus seu vicariis monialium, qui modo apud ipsas commorantur atque aliis vicaris sub eodem praecepto mandamus, ut inde non recedant donec eorum successores praesentes fuerint, et tunc ad conventus quibus assignati sunt, revertantur intra triginta dies a praesentia suorum successorum.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

In quorum fidem praesentibus subscriptis. Datis ut supra.

XIII. - [SUBSCRIPTIONES NON AUTOGRAPHICAE]

Frater Diego de Contreras, diffinitor.

Frater Andreas de Casso, diffinitor.

Frater Raphael de la Torre, diffinitor.

5 Frater Ioanes de Arcediano, difinitor.

Frater Ioannes de Villafranca, Prior Provincialis.

20 */: f. 318v*

21 atque: atque *R*

XIII.1 [SUBSCRIPTIONES...]: *om. R*